

- liber. & posthu. sic in concursu duorum precepto-  
rum, vt apud S. Thom. 1. par. q. 19. ar. 6. (ni fallor,  
& ideo sepius aduertit, quoniam oportet obedire  
magis Deo, quam hominibus, vt in actis Apосто.  
c. 5. Pan. nu. 67. & magis expedit seruare canones  
quam iura imperialia, in concernentibus spiritua-  
lia, & spiritualibus annexa, sicuti potestas minor  
cedit maiori, l. magisterie potestati. C. de iurisdic-  
t. omn. iudi. c. qui resistit. 11. q. 3. c. quid ergo cum  
mult. seq. Gell. lib. 2. Noct. Artic. & sicut anima est  
pretiosior corpore, sol lucentior luna, aurum argen-  
to, vel plumbo, ita iura sacra canonica legibus hu-  
manis profanis. ca. solita. de maior. & obed. c. duo  
sunt genera 12. q. 2. in fi. distin. 7. cura simil. vi. in-  
fra nu. 648. scientia iuris canonici dirigit homine  
principaliter in Deum, & tendit ad finem aeternae  
beatitudinis, vt ait Caualea. Decif. 1. nu. 104. p. 2.  
pulchre Caball. milleloq. 620. part. 2. & rationem  
assignat, quia omnis anima est Papae subiecta, c. no-  
uit. de iudic. c. si Imperator. 96. dist. & ait quod leges  
deuianes a iure diuino, non sunt leges, sed pes-  
tes, & feces, Abb. in c. ad nostram. de probat. & le-  
ges humanae, eatenus valere, quatenus non discre-  
pant a diuinis. ca. 1. & per tot. 10. Distinct. Luc. de  
Pen. in l. 2. col. 3. c. quib. num. lib. 10. & non datur  
medium. nam qui non est mecum contra me est.  
Luc. c. 11. exemplar enim diuinae legis Principem  
& iudices semper praec oculis habere debent, vt in  
Iosue. c. 1. Caball. milleloq. 293. p. 1.
63. Ceteris autem paribus quaelibet dispositio, &  
quaelibet opinio (praeter in casibus supradictis) ten-  
denda sunt in foro suo, vt dicunt Cano. in c. per ve-  
nerabilem. Qui fil. sint legit. trad. Cornel. con-  
fi. 80. incip. placet, sed si de iure ciuili dubitetur,  
& sint opiniones contrariae super aliquo casu, quod  
repetiatur clare decisiu de iure Canonico, illud  
etiam in foro seculari seruandum est, vt in d. capit.  
per venerabilem, & in c. licet. de foro competen.  
Alex. & alij in l. 1. ff. de eden. multo magis vbi im-  
mineret periculum animae, quia etiam in foro ci-  
uili standum est iuri Canonico, ca. fi. de praesc. glo.  
not. in c. possessor. de reg. iur. lib. 6. Bart. & alij in l.  
priuilegia. C. de sacrosanct. eccles. Alex. conf. 59.  
col. 2. vo. 1. & vice versa, si ecclesia habet iurisdic-  
tionem temporalem circa temporalia, in illa  
iurisdictione temporali, secundum iura ciuilia, &  
procedet, & iudicat, c. fin. extra de praescr. par. 1. in  
auth. de episc. & cler. Iacob. de Beluis. in sua prac.  
rubr. Quotuplices sint causae, nu. 195. nisi in illo iu-  
re ciuili de rigore resullaret manifesta iniquitas,  
vel euidens laesio partis: nam non debet stari illi de-  
cisioni, sed debet per dispositionem canonum emen-  
dari, & decidi. per glo. & Archi. in c. a iudicibus,  
2. q. 6. Io. And. & alij in c. 2. de arb. Bal. d. l. si serui  
plurium. §. fi. ff. de lega. 1. Ioan. Ana. conf. 80. visis.  
col. vlt. Caball. d. milleloq. 620. p. 2. nam leges non  
dedignatur sacros canones imitari. auth. vt cler. ap-  
ud prop. episc. cir. fi.
64. Sunt tamen in multis differentes iura canoni-  
ca, & ciuilia, vt trad. Doctor. Bono. Gualuanus. vir  
summam diligentiam. apud Bertac. sed apud Barto. et-  
iam omnes habentur in proprio tracta. de differ.  
inter ius canon. & ciuil. per tot. vnum est vt dixi,  
quod quaelibet dispositio seruatur in foro suo, ex-  
ceptis causis spiritualibus, & pijs. & prout dixi su-  
pra nume. 60. 61. 62. & sequen. Imo. in l. illa distin-  
ctio. ff. de hared. institut. late Tiraq. trac. de priuil.  
pia causa per tot.
- An autem statutum laicorum, habens aequam  
& rationabilem causam, quando agitur de modi-  
co prauiudicio comprehendat etiam ecclesiam, &

pias causas trad. Dominic. in cap. vlt. col. pen. de  
immun. eccles. & Card. in repet. ca. perpendimus.  
10. q. vers. si autem statutum. de sen. excom. Dec.  
in c. Sanctae Mariae. col. 26. vers. primus est. de con-  
stitu. hos refert Tiraq. de iudic. in reb. exigu. facie.  
num. 53. qui videntur tenere quod sic. & quid re-  
spectu expensarum, quae sunt causa vbertatis tuen-  
dae, & salubritatis aeris, & pro defendendis perso-  
nis, & bonis ab incurso latronum, & huiusmo-  
di quae tendunt, tam ad vtilitatem ecclesiastico-  
rum, quam laicorum, videtur tex. in ca. qui sentit.  
de reg. iur. l. secundum naturam. ff. eo. titul. vi. Pa-  
nor. in c. ecclesia Sanctae Mariae. de constitut. & in  
cap. fin. de vi. & honesta. cler. Rip. tracta. de peste.  
de remed. ad conseruat. sanita. nume. 122. 123.  
124. ipse vero me remitto sacris determinatio-  
nibus.

65. Nunc qualiter concordentur iura canonica, &  
ciuilia trad. Nicell. in suo tract. de concord. gloss.  
vbi vi. nam quotiescunque non est repugnantia  
in sensu, licet in verbis, fit concordantia, quoniam  
verba impropriari licet. l. Titia. §. Lucius. vbi Do-  
cto. de leg. 2. sunt etiam distinguenda tempora, vt  
concordentur iura. l. apud antiquos. vbi Barto. &  
Bal. C. de fur. & distinctio concordat contrarietas  
iurium, Spec. titu. de disput. & allegat. §. 2. 3. &  
4. Bar. in l. omnes populi. in fi. 3. q. de iustit. & iur.  
Similiter, distinguendum est inter personam, &  
personam. valet enim argu. de tempore ad perso-  
nam. Euerrar. loc. 37. in eius centur. Sic de persona  
& causa distinguendis, Idem ait in loc. 56. lit. A.  
vers. Hoc tamen fallit. c. si peccauerit. 11. quest. 1.  
cum simil. & in summa ad possibilitatem, & com-  
patibilitatem iura redducenda sunt, cauendo ab  
absurdo, & ab iniquitatibus, l. nam absurdum. de  
bo. liberto. ab inhumanitate, & ab inconuenien-  
tibus, Bar. & Bal. in l. sed nouo iure. C. de episco. &  
cler. latissime Euerrar. centur. loc. 56. per tot. & fa-  
cit Caualea, Decif. 15. nume. 2. & 3. par. prima, vbi  
ait quod distinctiones soluunt contrarietates, &  
saluant opiniones, aliud de iure, aliud de facto, a-  
liud enim de rigore, aliud de aequitate, aliud olim,  
aliud hodie, & aliud de consuetudine, aliud in fo-  
ro fori, aliud in foro Poli. Haec lex corrigit illam,  
vel illa non seruatur, aut loquitur in genere, haec au-  
tem in specie. & sic de huiusmodi reconciliatio-  
nibus. & tandem ex diuersis non bene infertur, l.  
Papinia. §. exuli. ff. de minor. cum simil. Verum  
parum prodesset habere leges & concordare iu-  
ra, si deficeret Princeps, qui eas obseruari facere  
non curaret, & sibi obtemperari, quoniam bene-  
cum Republica agitur, quando subiecti parent bo-  
no Principi, qui si bonus est, pareat & ipse legibus.  
leg. digna vox. ff. de leg. & quod sapienti Principi  
placet iusti, aequi, & honesti, & ipse iustus, aequus  
& honestus erit, sic Phil. ait.

## DE IUSTITIA.

66. Secundo sequitur de iustitia, quae nil aliud est  
nisi aequitas. S. Aug. ex libr. de quantita. animae. at  
quia res est adeo apud omnes trita, quod ea quae se-  
re ab incunabilis Doctores scite ceperunt, nunc su-  
perflua videri possent eadem repeti. quo circa om-  
miso multiloquio, vt ad vtilitatem huius nostrae  
staterae quam citius perueniamus, breuiter dico  
quod iustitiae fundamentum est fides, Cice. 2. de  
offi. & sine quo de iustitia nil boni dici potest. Er-  
go iustitia est constans & perpetua voluntas ius  
suum unicuique tribuens, vt in princ. institut. de ius-  
ti. & iur. Cuius virtus est, vt hic, unicuique sua se-  
cundum

eundem dignitatem, & merita distribuere, estque bonorum remuneratio, reproborum punition, & peccatorum concurrentium iustificatio: iustitiaque suum est iustum administratorem, ac distributorem secundum singulorum dignitatem esse, Patrios mores seruare, atque constitutiones scriptis obsequi legibus, in controuersijs vera proloqui, paeta & conuentus custodire, & iustitia commutatu in aequalitate consistit, ut scrib. Arist. in 5. Ethicor. c. 5. & ea versatur, quod quatenus vnus contra hentium implet, alter vicissim implere debet, aut implenti soluere lucrum implementi recepti, ne sequatur inaequalitas dicam infra nu. 422. cum sequent. & haec respicit priuatum interesse. Distributua autem, respicit interesse communitatis. S. Th. 2. 2. q. 61. art. 1. S. Anto. Flor. in 4. par. tit. 5. c. 2. & 3. Couarr. in c. peccatum. §. 7. tom. 1. At prima ac praecipua iustitia est religio erga Deum, cui honor, laus, & gratiarum actio debentur. secunda iustitia erga patriam, & parentes, tertia iustitia erga domesticos, in quibus etiam delectus est, & reuerentia adhibenda. Iustitiam comitatur sanctitas, veritas, fides, & improbitatis odium. Haec de virtute iustitiae colliguntur a Georg. Vall. Placent. in illo pulchro, & docto tract. de reb. experen. & fugien. lib. 41. capitu. primo, versicu. iustitia, in sum ma iustitia originem ab im mortali Deo duxit, ideoque ante omnia nostris parentibus velut caeleste munus condonata est, vt plura in hoc proposito. scripsit Hieron. perbo. in quodam suo tract. nuncupato ouiliarium, lib. 23. & secundum Macrobiu, iustitiae politicae est seruare vnicuique quod suum est, quam iustitiam diuidit in purgatiuam, & exemplarem: illa autem purgatiuam est ita cum superna mente sociari, vt seruetur in eo fedus perpetuum imitando: illa exemplaris est, quod perenni lege sempiterna operis sui continuatione non flectitur a dextris, neque a sinistris, & ita in statera nostra rigoris, & aequitatis existat.

Modo iuxta terminos legales sub illis verbis vnicuique ius suum tribuens, tria haec continentur. Honeste viuere: alterum non ledere; & iterum ius suum vnicuique tribuere: vt per Bolog. d. trac. de leg. iur. & aequita. cap. 18. nu. 4. Gugliel. Rouell. tract. de iust. & iniusti. c. 13. 14. & 15. Inter tract. tom. 1. dicens quod haec. Edicuntur tria angularia 67 turris iustitiae, & quod illud ius suum vnicuique tribuere, videtur comprehendere omnia praecipua legis. nam qui praedicta facit, necessario honeste viuere, & neminem laedit. Constant. Roger. De leg. poten. vers. videamus nunc.

Hinc est etiam, quod post suppletionem exigentiae nostrae, iuxta gradus praerogatiuam, & status nostri qualitatem, Princeps qui vexillum iustitiae portat iux. illud non sine causa gladium portat Paul. Rom. c. 13. potest discrete iubere diuiti, quod det pauperi illud quod ei superest, quia hic est vnus effectus iustitiae distributuae, & spectat ad officium Principis, qui est caput, & curator publici & communis boni cogere diuites ad elargiendum pauperibus in casu necessitatis. Seraph. in suis Cas. conscient. §. 1. vbi verba S. Basilij recenset in sermo. ad Diuites. Est panis famelici quem tenes, nudi tunica quam tu conseruas, indigentis argentum quod possides, quo circa tot iniuriarum quot exhibere valeres. S. Thom. 2. 2. qu. 11. art. 3. Et Diuus Paul. o homo quid habes quod non accepisti, equidem diuites sunt dispensatores, satis est quod prima pars est sua, nam prima caritas incipit a se ipso, habentes autem alimenta, & quibus regamur, his contenti simus. Timot. c. 6. Nam

qui diuites volunt fieri incidunt in tentationem Diaboli: vnde Salamo. prouerb. c. 28. dicit vir qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quod egestas superueniet ei &c. Similiter tempore caritiae potest cogere, (id quod est minus) ciues vendere frumentum viliori pretio, vt dixi in prima par. sub nu. & infra. verum enim verum multum habet efficacia exempla maiorum, facit Damas. Reg. ca no. 92. & Reg. 93.

68 Sed in hoc proposito quod scias, iudex non potest cogere partes ad compromittendum, nec debet facere quod remittant iura non dubia & clara in arbitrium, quando certo scit, aliquam partem iustitiam fouere, ita aduertens Abb. in terminis iustitiae distributuae in c. fin. nu. 7. ff. de transact. Blanc. de compromiss. q. 5. & 6. vbi ait, quod clara non

69 ueniunt in compromisso, facit tex. in l. decem. §. continuis. de verb. oblig. & hoc est addendum in 4. par. vbi de compositione poenaru locutus sum. Multo minus licebit iudici.

70 Quid autem significant dicta verba, iustitia est constans & perpetua voluntas, vltra scrib. in rub. & l. 1. de iust. & iur. explicat Bolog. d. tract. de leg. iur. & aequita. cap. 9. nume. 2. 1. 22. & 23. tom. 1. ad quod faciunt quoque ea quae dixi in 2. par. nu. 28. & in 5. par. nu. 142. Sic constans Princeps esse debet: nam variatio sum m opere damnatur ad hoc vi. Dec. in l. nemo mutare. in fi. & ibi quoque Cagnol. de reg. iu. limita vt infra sub. num. 206. Postquam hic addere quid de iustitia Tull. senserit,

71 dicens, quod iustitia est habitus animi communi utilitate seruata, suam vnicuique tribuens dignitatem: sed quia vt in principio tracta. dixi, quod omnis definitio in iure est periculosa, consulto pertraheo, quia satis videtur dictum supra de essentia, & effectibus virtutis iustitiae. Hoc concludendum est quod qui in se ipsam iustitiam primò exercebit, tutius in proximum suum illam exercere valebit, semper associando iustum, & honestum cum aliqua utilitate spiritali vel temporali. Nam & honor melius tuetur, vbi sociam utilitatem habet, & ecotra utilitas sine honore respuenda est, vt apud Tull. in suis epist. fam.

At Plato de iustitia sic sentijt, dicens, iustitia est congrua animi dispositio in singulis rebus recte diiudicatis causis: aduerbium recte, omnia quidem bona complectitur, & denotat iustitiam stateram rectam, sicut aduerbium rite videtur importare solemnitatem, l. 2. ff. de inof. testam. vbi glo. tex. & glo. in l. non putauit. §. non quauis. ff. de contract. l. iuste, in princ. ff. de acqu. poss. l. sed si lege. §. scire. ff. de per. har. l. lecta. vbi Doct. si cert. per. Recte denotat factum, & rite ius, vt in d. §. non quauis, & quandoque confunduntur, recte pro rite, vt in d. l. 2. ff. de inof. testam. sed quod maius est, dixit congrua animi dispositio, o qui ci forebbe che di

\* re assai, vide inf. nu. 42. Paru enim esset leges, canones, statuta, & alias constitutiones conditas esse, nisi iudex esset animi recti, riteque dispositi, sine cuius dispositione bona sincera, ac Dei timorata, nihil boni fieri potest: non ergo ab auidis, non ab inuidis, non a vindicatis iustitia est exercenda: nam etiam gemma pretiosa in manibus sordidis, sordescunt, & sanctio legis corde iniquo coninquatur, & ideo Proph. rogabat Deum, vt ipse (qui est Sanctus, iustus, rectus, & immaculatus) illum iudicaret, & discerneret causam suam de gente non Sancta: dicens ab homine iniquo, & doloso erue me. psal. 42. aliquid enim potest esse rite factum, id est secundum ordinem, & solemnitatem iuris, sed non recte scilicet secundam iustitiam, & aequitatem,

tatem, vt not. Io. And. in cle. fi. de appella. & not. in c. quoniam cōtra, eo. tit. quia verbum rectè, im portat vt benè, directè, iuste, æque, & rationabili ter dictum, aut factum sit, vt per Calep. in d. verb. rectè.

- 74 Encomia vero iustitiæ sunt omnia bona; Nā generaliter iustitia, omnes virtutes amplectitur, & omnia vitia respuit, & induitur particulariter æqualitate in singulares personas, sed ptius nidum facie in animo proprio iudicare debentis vt supra & per Rouell. d. tract. de iust. & iur. in Rub. nu. 2.
- 75 & iustitia Regis & Principis, dicitur pax populorum, tutamen Patriæ, immunitas Plebis, muni mentum Gentis, Cūra languentium, Gaudium hominum, Temperies aeris, Serenitas Maris, ter ræ Frœcunditas, Solatium pauperum, & hēreditas filiorum, ita per Cassiodor. super. Pl. 1. & operatur iustitia. Gugliel. Rouell. d. tract. de iust. & iniust. cap. 15. Meliusque est parum cum iustitia, quā multum fructus cum iniquitate, prouer. capit. 16. & tandem iustitia est anima ciuitatis secundum Ab ber. in leg. iustitia, ff. de iust. & iur. Ergo ciuitas in qua non est iustitia, dicitur mortua sicut corpus separatum ab anima. Et refert Nicol. Boer. tracta. de seditios. quæstio. 1. num. 5. quasi nulla vniuersi portio possit consistere, nisi vitam, & firmitatem habeat à iustitia. Ideò Parentes tenentur præcipuè explicare liberis iustitiam, & ea que iustitia præcipit, & quas partes, & quæ officia iustitia habet: sic Mariti vxoribus, heri seruis, Principes subditis, magistratus priuatis hominibus, Duces militib⁹, Pōtiffex sacerdotibus. Idcirco magis illis habenda est gratia, qui iustitiam sanctè, & religiosè admini strant, quin à Deo in mortali Principes in mun do creati sunt, non ad aliud, nisi vt iustitiam, pro ut mores boni postulant & occasio dedit, admini strant. Aliter enim debent seruire domino, vt homines, aliter vt Reges, vt homines seruiunt do mino fideliter viuendo, vt reges verò seruiunt, le ges iustas constituendo, & prohibentes contraria legi Dei: sic seruiuit Ezechias, sic Iosias, sic Rex Ninuitarum compellēdo populum ad placandū Deum, 4. Reg. c. 18. & 22. sic Darius, & Nabucho donozor. Ion. 3. Dan. 14. S. Aug. ex lib. epist. 50. ad Bonif. Remota itaque iustitia quid sunt regna, nisi latrocinia, S. Aug. de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 4. Alij circa Religionem, & forum ecclesiasticum ac res & eorum ecclesiasticas personas intendūt: alij circa forum, res & personas laicales, nam in promiscuis actibus non sunt turbanda officia. l. consulta diuialia, C. de testam. in propof. est tex. pulcherrimus in ca. 8. quoniam autem gloss. dist. 10. vbi Imperator & alij Principes circa ecclesia sticas res & personas non possunt se intromittere nec ecclesiastici in negotijs secularibus, nisi quan do infideliter gubernarent, quia causa infidelitatis est spiritualis, vt ibi. Nam potestas qua mundus re gitur, alia est spiritualis, atque sacra, alia secularis circa secularia, & qui secularem habet, non potest tractare sacra, atque spiritualia & illis annexa, ca. soliti vers. præterea de maior. & obe. Deus enim fecit duo luminaria magna primum quod præf set Dies vt sol, alterum nocti, vt Luna, sol pro sum mo Pontifice, Luna pro Rege, quæ Luna lumen à Sole recipit. ergo summus Pontifex, & Vicarius Christi maior est omnibus in terris, c. nos incom petentes, ver. sed notandum, 2. qu. 7. & sicut Re ges præsumunt in causis seculi, ita sacerdotes in cau sa Dei, qua de re, ad Principes seculares secularia, & ad Ecclesiasticos ecclesiastica, tam in personam quā in rem, qua de re quilibet debet manere in-

ter limites suæ iurisdictionis, c. fin. de constitu. l. fi. ff. de iurisdic. omn. iudic. & aduertant seculares à penis, de quibus in Bulla in Cēna Domini, & in cap. sacrilegium, cum seq. 17. quæst. 4. & cap. Præ dia, cap. nulli, 2. quæstio. 12. capit. si quis Prin cipum, 16. quæstio. 7. cap. cum sit, & ibi glo. de for. compet. c. conquestus, eo. tit. cum infinitis alijs iurib. ad hoc vi. & considera, quod dixi in 1. par. nu. 85. secundum primam Impress. & nu. 90. cum seq. secundum secundam impress. Papa enim dat gladij potestatem circa res, & personas Eccle siasticas Imperatori, & Regibus, vt dicit glo. in c. in synodo, in ver. sit patricius. 63. Distinc. nā Pa pa habet vtrunque gladium, scilicet spirituale, & temporalem, vt 63. Distinc. tibi Domino, & 15. q. 6. alius, & c. nos Sanctorum, & 1. q. 4. quia præfulatus, & 86. dist. duo. & 22. Dist. omnes, vbi glo. cælestis.

Ad Principes seculares redeundo, ille profectò passim digito ostendendus est, qui indifferenter, in omnes iustitiam retinet; Ideo danda sunt tri buta Regibus, & Principibus, quia Ministri sunt Brachij Dei, & iustitiæ, vnde os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Hunc quotidie experti sunt subditi Magni Ducis Hetruriæ, qui inter omnes alios Italicos Principes seculares Magnum Ducis nomen iure meritò ob tinuit, cuius iustitia, & Religio Christiana est tan quam fulgur fulgoris coruscantis, & verè dici po test de optima eius iustitia illud Cicer. 3. de orat. Flamma inter nubes corruscat, & Virg. Elucent alia, & fulgore corruscant, vt in 4. Genesis qui in cunctis rebus Religionem colit, & Reli gionem præcedere facit, cuius iustitia concordiam parit, discordias destruit, pacem. componit, bonos præmiat, & malos punit, nec diu gaudere impro bos finit super eorum iniquitate, & iustitia vera Reges, & Principes incolumes, & saluos, diuitem que conseruat, & vbi iustitia, ibi principium bo num, melius medium, optimus finis; iustitia est æquitas tolerandi inopiam, est temperamentum in abundantia, & per eam quis nec extollitur, nec opprimitur, & **MEDIUM TENERE BEATI**, & Hippocr. in Aphorif. 4. dicit, non satietas, non fames, neque aliud quicquam, quod modum naturæ excefferit, & Salamo. Prouer. c. 30. ait Mendicitatem, & Diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam: **Quis est Dominus?** aut egestate compulsus furer, & periu rem nomen Dei mei. Et iustitiæ veri amatores habent felicem ingressum, propitium progressum, faustumque ac fortunatum egressum, sicut experi entia Rerum Magistra docet, omnes tam ma iores, quā minores.

- 76 Tandem iustitia est mater iusti, iuris, rigoris, & æquitatis, vt not. glo. in l. 1. ff. de iust. & iur. & in concreto Christiano dicitur lux Mundi, dum modo plus in eo abundet, quā iustitia scribarum, & Pharisæorum, qui sepulchris dealbatis assimilan tur, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus autem sunt plena ossibus mortuorum, & omni spurcitie, foris in pellibus, ouiu, intrinsecus Lupi rapaces, & pleni hypocrisis, & iniquitatis, Luc. Euang. c. 11. vbi contra quosdam legisperitos, qui dilatant fimbrias, nimium sui facientes, erroneas opiniones sequentes, & indignantur cum eorum imperfectiones à Domino deteguntur. Quibus dictum est, vā vobis legisperitis, vā qui oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi vno digito non tangitis sarcinas; Et paulò in ferius

ferius ait, vꝛ vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ, & ipsi non introiistis, & eos qui introibant, prohibuistis, & hæc sobrie, (licet non vulgariter) explicata sint de Iustitia.

Caterum vbi (Iustitia non est, ibi omne malū, seditiones, tumultus, nullus securus, Ministri parent, Populus calcitratur, discordia regnat, & res & introitus dilabuntur, vnde Hier. post. Sal. Iugurt. ait prudentissime: quod Concordia res parue crescit, discordia maxime dilabuntur. Nic. Boer. trac. de seditione. num. 5. Neque est aliquod Regnum, non recipiens iustitiam legalem, quod diutius persistere possit. Hinc commutatio iustitia emanat, hinc distributio, vt quilibet pro se prouideat, & inuenta est commutatio, vt hinc super abundantia illinc defectus reduci possint ad æqualitatem, neque naturale corpus subsistere posse sine commutatio iustitia, sic membra mēbris subueniunt etiam quatuor elementa, sine mutua ope in rerū natura vigere possunt, vt per Hieron. per d. tract. ouilian. lib. 23. de iustitia, & hæc dicta sufficiant.

DEIVRE

**T**ertio sequitur videre de iure, quod duplex est, aut scriptum, aut non scriptum: scriptum consistit in legibus, statutis, & in quibuscunque alijs ordinibus; Non scriptum in vsu, & consuetudine: sed scriptum maius dignū, vnde instit. de iur. nat. gen. & ciu. per tot. gloss. in Rubr. constituit. in 6. omne autem ius consistit, aut in acquirendo, aut in conseruando, aut in minuendo secundū vlpia. in l. ff. de leg. aut enim hoc agitur quemadmodū quid cuiuscūq; fiat: aut quemadmodum quis rem suā, vel ius suū conseruet, aut quomodo alienet vel amittat, ius igitur primo à iustitia in ordine enixū editumque est, vt l. i. ff. de iust. & iur. intellige secundum gloss. 1. instit. eo. titu. & ius est ars boni & æqui, vt supra num. 27. cuius meritū quis nos sacerdotes appellat, vt dicit text. d. l. 1. & 2. eo. titu. quamuis iuris periti & aduocati ibi appellentur sacerdotes. Et de sacerdotibus proprie loquendo. Hinc prima vtilitas deducitur quia ex hac lectio ne percipitur quod sacerdotes debent esse iusti, æqui, & boni, sal terra, & lux mundi: vnde primò dicitur sacerdotes tui induant iustitiam, & sancti tui exultent, Ps. 131. Et hinc 2. vtilitas resultat, quia sancti latantur in celo lætitia accidentali, quando sacerdotes alij sunt iusti, iuste ac piè viuentes; Lu. c. 15. tertia vtilitas, quia datur sacerdotibus virtus et potestas ecclesiastica vt declarat Iac. de Valent super, d. Ps. 131. lit. E. & super Ps. 21. lit. B. vbi ad sacerdotem spectat ponere, & constituere legem, & sic dicitur Pōtifex Maximus, quasi legem, & positionem faciens, per quam populus iuste uiuat, & in deum dirigatur. Et hinc est 4. vtilitas quod ne dum circa spiritualia, sed etiam circa laicas ordinationes, quando sunt contra ius diuinū & contra personas, quæ talia agunt, possunt sacerdotes maximè prouidere, vt omnia dirigantur in Deum. Et si de Principe laico dicitur, quod non sine causa gladium portat, intelligens de gladio materiali, & laicali, Mantua sing. 40. & late dixi in 1. par. num. 47. & seq. tamen de potestate Summi Pontificis, dicitur, quod habet potestatem vtriusque gladij, vt dixi in d. 1. par. sub nume. 149. quia representat ecclesiam, cuius Christus est caput, Papa verò Christi Vicarius, illaque est cultrix & adiutrix iustitiæ, & non patitur contra iustitiā aliquid fieri in se vel in alterum, tex. in cap. 1. §. 1. de alienatione feudo. vbi gloss. de vsu fe. & Chri-

stus est dominus dominatium, & Rex Regū, quia in ipso condita sunt vniuersa, quæ in celis & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant, & ipse caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens Apost. ad Colof. c. 1. & 2. non solum in hoc sæculo, sed in futuro, ad Ephes. c. 2. & Dauid, omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, &c. Ps. 8. & animarum curam Christus commisit dixit Petro eius Vicario. & eius successoribus. Pasce oues meas. Io. c. 21. Ideoque Christus voluit assumere nomen Sacerdotis, & Pontificis, vt ait Iac. de Valent. vbi supra omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, Paul. ad Ro. cap. 13. & Christus dedit potestatem S. Petro, quem vicarium in terris constituit. Matth. c. 16. Io. c. vlt. & Constantinus Imperator, (vt legitur in Actis. Concil. Niceni) sic ait ad Episcopos, Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit, de nobis quoque iudicandi. Ideò nos à vobis recte iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari, & Bal. in l. cum precibus, C. de probat. in fin. ait, quod vbi statuta sint iniqua recurritur ad forum Ecclesiasticum.

Item colligitur supra vtilitas, quod sacerdotes, vt dixi, æqui esse debent, nulli nocere, & omnibus prodesse, cap. 2. ex. de postul. debent esse boni. Cano. in Rubr. de vit. & honesta. cler. c. quarendum, de pœn. distin. 2. sal terra dicuntur. Matth. cap. 5. Luc. cap. 14. vbi legitur. Bonum est sal: Si autem sal euahuerit, in quo salietur neque in terra, neque in sterquilinum, vtile est, sed foras mittatur. Qui autem habet aures audiendi, audiat, per hanc similitudinem, omne opus insipidum est carens discretionem, & sacerdotes lumen appellantur. Matth. d. c. 5. quia sunt populi lumen, & exemplum, 23. distinc. suntque omnium patres, & Magistri, 26. distinc. & debent mente, & corpore esse puri, & mundi. 1. q. 2. necesse, 2. q. 8. in grauibus, & tanta est illorum dignitas, quod appellantur dij: ego dixi vos dij estis; similiter Angeli dicuntur, 11. q. 1. in sacerdotibus, & Christus dixit, sacerdotes esse pupillam oculorum suorum, & ideo, qui vos spernit, me spernit dicit Dominus, & qui vos odit me odit, & mihi vindictam, & ego retribuam. Causa enim sacerdotum, causa Christi est, & legitur in Esdra cap. 7. vobis notum fecimus de vniuersis sacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, et Ianitoribus, Nathangis, & Ministris Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Hæc & multa doctè in propol. scripsit nouissimè. Don Ventur. Venturius ordin. Mont. oliuet. in suo opus. de Maieft. Pontif.

Insuper ius diuinū dicitur esse quid ab ore Dei primo processit, & dicimus omne, quod ex diuinis præceptis constat, & in Theologia, & in sacris canonibus circa cultum Dei, & fidem, & iustus, & in pertinentibus ad salutem animæ & corporis, vbi conscientia spiritualiter examinatur. Largo autem, modo complectitur etiam Ius humanum, leges humanas & ciuiles, vt l. 1. ibi manibus in cælum erectis, C. de vet. iur. Enucl. l. vlt. C. de præser. De quo per Decia. de delict. tom. 1. lib. 2. tit. de iur. Diuino, quodque continet ius naturale, & ius gentium: quia diuina fuit prouidentia constitutum, 4. omnes leges, 1. distinc. Marant. de ord. Iudic. p. 3. num. 80. cum mult. seq. & v. quæ

quæ supra dixi sub num. 42. 45. & 46. rex. gloss. & Dec. in leg. vltim. Cod. de sacrosanct. Eclesi. Dico quod ius est recollectio legitimorum præceptorum, ad quorum obseruantiam arcetamur, sunt enim bona, iusta, æqua, & vera, & quorum præceptorum via possumus peruenire ad artis sciētiam, in tract. de exercita. Iurisprud. li. 1. num. 17. & 18. tom. 1. qui dicit, quod cognoscere iusta, & iniusta, non sit sapientia, sed & naturaliter, & moraliter disciplina iustitiæ, & ius est eius minister, actu nos docet, & obligat, vt benefacere benefaciētibus, & quod non vis tibi fieri alteri ne feceris, vt in præcep. Decalog. & ita apud Christianos catholicos, omnia iura sunt in iure diuino fundata.

82 Iuris vinculum est obligatio, quæ effrenatam voluntatem nostram refrenat, vt iusti, & æqui, contenta sit, naturaliter, moraliter, & præceptiue legi humanæ, ius actionem mouet obligationis, & æquitas accipit, parat, & defendit, ita apud Bolog. d. tract. de leg. iur. & æquitas. c. 1. nu. 16. & 17. vbi num. 18. ait quod turpe est iurisperito, ex ijs quæ ad legem, ius, & æquitatem pertinet, quicquid ignorare. Sed quo ad terminos, Bolog. verum dicit, sed quo ad negotia, & casuum contingentia, & res perdifficilis, plura enim sunt negotia, quam vocabula, vt not. in l. natura de præscr. verb. & omnium habere scientiam, & memoriam, & non errare, est magis diuinum quam humanum, vt l. 2. §. si quid autem C. de ver. iur. enuclean. & ille cui memoria fauet, & magna memoria exuberat, vt plurimum caret ingenio. Nam difficile est simul exquisitam habere memoriam, & iudicium perspicax, & multoties videmus, quod imbecillitati memoriæ succurritur ab ingenio, quod & superat vires naturales, non e contra.

83 Naturaliter dixi. Nam lex naturalis, quod iustū æquum, vel honestum sit, omnibus in rebus præscribit: Natura est cunctorum Rectificator, & Rectior, illaque æquum, iustumque composuit, Senec. epist. 96. Arist. 1. Ethic. & nō solum docet, quo pacto hoc ius vnicuique tribuendum sit, verum & quo pacto constanti, & firma voluntate permaneamus in rectitudine, & caueamus ab indirectis, tam bene agendo, vt nullo cunque tempore penitere valeamus. Gugliel. Rouell. d. tract. de iust. & iniust. capit. 13. nume. 1. Bolog. de legum iur. & æquit. c. 8. in princi. quod ab Arist. sumitur lib. 5. de moribus, & in cap. 9. num. 20. & seq. vbi declarat hæc verba, constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens, de quibus iam supra dictum fuit. Si ergo omnia secundum rationem fecerimus, & non succedant ad vota, non est ulterius quærendum quod est ad amissum conforme cū Aphorif. Hippocr. num. 52. Nam qui facit quod debet, & potest, naturaliter legem adimpleuit, & ideo si re mature considerata, contrarium sequatur, culpa non est ascribenda facienti, l. Gracchus, ad leg. Aquil. Bal. in l. non ideo, C. ad Sylla. sunt enim iudicia Dei incomprehensibilia, & iudicia Dei abyssus multa Apost. & Ouid. in Epist. Phylidis, ad Demophoontem, vers.

Exitus acta probat, careat successibus opto,  
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Hinc ergo est quod inspiciendum est consiliū, quod mature, & prudenter facere nos impulit, l. sed an vltro, §. i. ff. de neg. gest. nam bene considerare, & consultare maximum lucrum, vt trad. hic Tiraq. de pæn. temp. caus. 52. nu. 9. & 10. & faciūt quæ alias dixi supra §. 1. num. 259. vbi supradictos

vers. retulimus, & facit etiam hu. 60. par. §. vi. inf. num. 274.

Dixi (moraliter) quia omnia temperatè, & laudabiliter facere debemus. Nam temperata durat, & vt in factis paginis, Non ille qui se commendat, sed quem Deus commendat, probatus est. Et esse potest quod ius fiat, sed pretio, amore, timore, aut vindicta, vt in §. par. dixi, & in hac sub nume. 73. sed stare potest, quod iustitia fiat, sed irriter, nimio calore, & per iactantiam. Vnde Cicero in Tuscul. dixit præceptum Apollinis monet, vt se quisque noscat. de quo vide in propos. quæ dixi in 3. par. nu. 49. 237. 238. & sequ. iuxta primam impress. Decet equidem vxorem Cæsaris esse nedum mundam ab omni macula, sed ab omni suspitione. sic qui ius exercet esse debet & facere omnia laudabiliter. Ergo festinemus ea facere, quæ iuri consona, & à bonis moribus approbata sunt, cap. cum aeterni. de re iud. in 6. & in c. iudicantem, 30. q. 5. Sunt enim sequela hæc prudentiæ in dicendo, agendo, procedendo, & iudicando animi fortitudine, ac corporis viribus. Nam istæ sunt illæ quatuor qualitates, quas virtutes Cardinales appellamus. Et de ijs apud Cicer. lib. 1. offic. & ab Arist. lib. 5. Moral. describuntur duodecim virtutes morales, quas recenset Bolog. dicto tracta. de legit. iur. & æquitas. capit. 8. num. 4. tom. 1. quas per te uideto.

84 Dixi (præceptiue) quoniam prudentia nos docet seruare præcepta tum naturæ, tum humanæ, præsertim Diuinæ legis, §. iurisprudencia, instituta de iur. nat. gent. & ciuil. & æquitas nos mouet, ut superiorum præceptis pareamus, tot. tit. si quis iudic. non obtemp. & tot. titu. si quis in ius voc. non ierit. & hic nota, quod ius quoque dicitur locus iudicij, vt inf. num. 92. Est enim prudentia iudicium discernens bonum, à malo, quia hoc abhorretur, illud autè amplectitur, versaturque circa eā, quæ sunt ad finem totius uitæ studiosa Inquisitio, secundum Diuum Thom. in sum. lib. 3. tit. 34. q. 23. 1. & docet quomodo præsentia ordinanda, præterita memoranda, futura prouidenda, secundum S. August. in sermo. de prudentia, & qualiter res sint examinanda, ne erranter bonum pro malo, uel malum

85 pro bono sumamus, docet Senec. de quattuor uirtutibus. At Diuus Aug. super Psalm. 70. in Enarrat. 1. par. ait, Quando in eo bono, quod facis, Deus tibi placet, in eo autem malo, quod pateris, Deus tibi nō displicet, & hoc modo discernitur bonum a malo. Sed hæc prudentiæ virtus solū bonis conuenit, S. Thom. 2. 2. q. 47. art. 13. Nam ubi deficit bonitas, non adest prudentia. Et ubi est prudentia, laus competit bonitatis. Guglielm. Rouell. tracta. de iusti. & iniusti. ca. 4. tom. 1. uerum si secundum carnem vixerimus, prudentia huius mundi, stultitia est apud Deum. Apost. ad Rom. c. 8. ad Corin. 86 ca. 2. vbi ait, animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, stultitia est enim illi & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur, itaque qui existimat se stare, uideat, ne cadat. Sunt quippe verba Apost. qui penetrauit usque

87 ad tertium cælum: faciunt contra illos qui secundum solam rationem status Reipublicæ agunt, & tumentur; Nam etsi in errorem fidei prolabantur, siue allegantur prophetiæ, siue Euangelium, siue Sanctus Paulus, & S. Thomas, cum aliis Doctoribus ecclesiæ, cum omnibus concilijs approbatis, non sunt capaces spiritualium, quia terrena sapiūt, nec possunt intelligere, quia spiritualiter examinantur, & carnaliter, & prout sensus appetit uiuentes

88 uentes sunt comparati equis, & mulis, quibus non est intellectus. Pl. 3. nolite. quamuis Bruta ipsa quandam prudentiam in ordinandis, in prouidendis, & gubernandis rebus habere videatur, vt de serpente, & de formica, ac de apibus, nobis exemplo seruire possunt; tamen in prouidentia diuina est spes nostra, qui curam omnium habet, & à qua omnes capilli numerati sunt, Matth. cap. 6. Et faciunt ea, quæ in princ. huius 6. par. dixi. ueruntamen imbecillitati hominum aliquid condonandum esse, vt leg. 2. §. sed & si, C. de vet. iur. enucl. & orandum pro eis vt respiciant.

89 Qua uerò Religione, quibus artibus iuris studiosus tinctus esse debeat, nos docet prudens uir Io. Coras. de iur. ciuil. artic. De religione, ca. 4. & §. at si omnis scientia cunctorum iuris peritorum in vnum recolligeretur, adhuc aliquid addiscendum remaneret, unde Accurs. in illo somnio uere somniato inter alia eius documenta pulcherrima dixit, sub nu. 17. quod si ille vnum pedem in terram, & alterum in sepulchro teneret, adhuc addiscere uellet, quodque not. in l. apud Iulianum. ff. de fideiuss. liber. & meminit Cagnol. in l. nemo potest mutare. sub nu. 6. de reg. iur. nimirum, quia secundum Arist. Omnis homo à natura sci-re desiderat, sed parum est scire, nisi scientia re-ducatur ad actum, ar. l. multum interest, C. si quis alter. vel sib. cum simil. l. scire leges, ff. de legib. ac quidam sunt (vt fertur) sapientes in latino sermone, sed stulti in vulgari, hoc est in agibilibus mundi. Hic dicitur illud vulgarissimum, purus doctor, purus asinus.

90 Ius ergo est, quod per legem nobis permittitur secundum Cic. libr. 1. de leg. & Iurisc. in l. 2. C. de leg. text. in l. 1. de reg. iur. alio modo ius dicitur etiam quod quouis modo obligatione nobis acquiritur in rem, aut in personam, institut. de act. §. in personam, ubi actiones aut in rem, aut in personam, sed melius est habere ius in re, quam in personam, si persona non sit melior re, quod hoc die difficile est, leg. plus cautionis. de reg. iur. ubi Dec. nu. 2. l. si fundus, §. in uenditione, ff. de pign. & ideo actiones reales sunt digniores personalibus, Iaf. & alij in rubr. ff. si cer. pet.

91 Ius habet multas significationes quas enumerare magis laboriosum esset, quam uile, & Bologn. d. tract. de leg. iur. & acquit. trad. 36. significationes iuris. Nos ea, quæ magis utilia & secundum subiectam materiam aptiora erunt, tractabimus. Iura multoties emuntur, vt Neapoli, in Hispania & alibi, ubi solent emi tot iura, quæ sunt boni, & tuti redditus. Interque socios ius societatis esse dicitur, vt in fundo, hoc est fundato alicuius apothecæ, in Banco seu mensa, & in aliqua negotiatione, in qua plures sunt participes, & socij. Nam quis potest esse particeps tantum sed non socius, quando quis vni ex socijs dat pecuniam, qui illi facit secum participem, sed is particeps non contrahit cum alijs omnibus socijs in illa societate. is non agit contra alios, sed contra eum tantum cui dedit pecuniam, l. quicquid, ff. pro soc. c. per vestras. extr. de don. inter vir. & vxor. pulchrè Rot. Genuæ. Decif. 39. nu. 9. & seq. quod uile est scire ad conueniendum principalem & non. Substitutum à principali.

Hinc insurger alia utilitas: Nam differt quod quis credat omnibus socijs, sed personaliter, vt puta Petro, Ioanni, & Martino, qui tres sunt socii unius apothecæ, aliud est credere ipsi societate, vel apothecæ, seu illi iuri. Bal. in l. eius, num. 5. ubi Salyc. nu. 3. C. de compensat. Alex. consil.

139. nu. 3. Rot. Genuæ. Decif. 14. nu. 94. & Decif. 26. nu. 30. & seq. Quæadmodum differt obligatio personalis à reali. Dec. in l. qui in ius, de reg. iur. per pluraiura ibi adducta: Vel obligatio particularis, à communi, l. diligenter. C. de aquæductu. dixi sup. nu. 95. uers. quod autem. Nam apotheca dicitur corpus complexum, vt per Salyc. in l. cum tabernam. ff. de pignor. refert Negusant. de pign. & hyp. 2. membr. 2. par. sub nu. 20. si militer societas dicitur corpus mixticum, vt not. inst. de societa. in princ. Bal. Salyc. & alij in l. eius. C. de compensat. Rot. Genu. Decif. 7. nu. 10. unde ait quod literæ ab vno ex socijs scriptæ si non can tan nomine societatis, & scriptæ sint ab illo socio, cui societas dedit authoritatem, non obligant societatem, Salyc. d. l. eius. Similiter si vnus ex socijs latitat, non dicitur societatem latitare, l. fin. C. de auth. præst. l. si quis ex argentariis, ff. de ede. Rot. Genu. Decif. 168. nu. 15. in fi. Similiter ius & nomen plurium est separatim, à particulari & proprio nomine omnium illorum, qui ius & nomen simul habent, Bart. Bald. Saly. & alij in d. l. eius, C. de compensat. Rot. Genu. Decif. 26. nu. 30. hinc est etiam, quod ius reale competens vni sociorum in parte rei pro indiuiso, remanet in toto fundo, & non in parte rei, quæ socio contingit tempore diuisionis, l. si quis, §. Sed si fundus, & ibi Bar. ff. de cond.

Qua de re illa, qui uendidit seu credidit illi apothecæ, etiam quod illi socii sint per prius tacite vel expresse particulariter obligati alijs, non per hoc eorum creditores potiores erunt alijs posterioribus in dicta apotheca, in iure, cum ij posteriores non crediderunt illis particulariter, sed apothecæ, illi iuri seu illi nomini ratione iam dicta, quia multum differt inter causam propriam & causam comunem vel societates, Alex. consil. 139. nu. 3. lib. 5. & infra dicitur. Rot. Genu. d. Decif. 14. nu. 94. unde etiam quod res uenditæ dictæ apothecæ, sint ab illis socijs teuenditæ alijs, & nõ extent, tamen apotheca sequitur alias res in ea existentes, l. distractis, & l. pignoris, C. de pignor. & licet membra moueantur, tamen caput, & corpus apothecæ manet, l. grege. ff. de pignor. Negusant. d. tract. 2. membr. 2. par. nu. 18. in fi. & vna res in dicta apotheca succedit alteri, Bal. in l. ubi adhuc, q. 4. C. de iur. dot. Bart. in l. 1. & in §. si plures, l. procuratoris. ff. De exercitor. act. ubi Odo-fred. Bal. Salyc. Angel. Castr. & confunduntur, in propos. Negusant. in 1. membr. 5. par. num. 53. vt, de pluribus hæreditatibus aditus, quia sunt totum vnum patrimonium, vt not. Doct. in l. gerit, l. & in lege. ubi Doct. ff. de acqu. hæ. sed respectu illius, qui rem uendidit, si pretium nõ habuit, & res extat, habet priuilegium ut præferatur alijs anterioribus creditoribus illius apothecæ in illa re, si sibi hypothecam reseruauit, Alber. in l. licet, C. qui pot. in pign. refert Negusant. in 2. membr. 5. par. sub nu. 18. ubi secundum alios in d. l. licet uideatur sufficere generalis obligatio facta ab emptore uenditori, de qua re & si Negusant. uideatur dubitare, tamen de æquitate seruat: facit Crauett. consil. 201. uers. Postremò. & Castr. per eum allegat. in consil. 335. in fi. par. 1. Rot. Genu. Decif. 13. sub nu. 19. item circa alias res hypothecam habet, quia vna subrogatur loco alterius, Bal. in d. l. ubi adhuc, q. 4. Cod. de iur. dot. & dixi supr. Sed hoc in casu, qui prior tempore potior erit in iure, c. qui prior, de regul. iur. in 6. super qua Reg. ultra alios latè Negusant. 2. membr. 5. par. per tot.

\* Ex hoc colligitur, quod creditores qui sint etiam

etiam privilegiati, siue fiscus, siue vxor non erunt præferendi creditoribus in d. iure, nomine, aut Apotheca, quoniam vt dictum est, aliud est contraxisse cum socio particulariter, aliud cum illo corpore, seu cum illa societate, vel Apotheca. Et contra fiscum facit regula, pœnis fisci creditorẽ præferri.

Hinc doctissime scripsit Excecl. D. Ioannes Vetruius Aduocatus, & Patrius Florētinus pro D.

Marco de Bonauoltis, Patrio Florentino, cui libentissime me subscripsi, magis ad faciendum numerum quam quod opus esset, vbi tam doctus vir manum apponit: Cuius allegationes sunt, quæ sequuntur. Adsit Deus. Ultra ea quæ iam dicta sunt, videntur omnino præferendi Bonauoltius, & Bracellus socij in mercibus, & bonis tabernæ ipsi fisco prætendenti obligationẽ ex persona Fortunij condemnati ex proprio delicto, & nullo modo societatem respiciente, licet delictum præcesserit debitum Bonauolti & Bracellij. Et quod ex dispositione statutorum bona delinquentis sint fisco pro pœna hypothecata à die delicti, & id ob diuersitatem personarum. Certum est enim Bonauoltam, non personam Fortunij sed societati sub nomine Andrea Ermellini & sociorum cantanti, & mercibus tabernæ credidit, & ideo in bonis eius stationis quibuscunque creditoribus Fortunij, & ipsius (vt dicunt) proprietatis, etiam hypothecarijs, & anterioribus esse potiorẽ. ad tex. in l. procuratoris, §. si plures, & ibi Odofr. Bald. Salyc. & apertius Ang. & Castr. nu. 1. ff. de tribut. act. nam licet Fortunius sit socius in mercimonio, tamen sua debita non sunt debita societatis, cum diuersa sint personæ sociorum à persona societatis, ad Rot. Genuens. Decis. 31. nu. 11. & Decis. 75. num. 3. Est enim persona ficta societas. & hoc aded verum est, vt factum nomine vnus, non intelligatur factum alterius, Rot. Genuz. Decis. 7. nu. 10. tex. in l. qui admittitur, ff. pro soc. & patet ex trad. à Cyn. in l. in ea. C. de cõpensat. & Bal. in l. eius, nu. 5. & ibi Salyc. nu. 3. eo. titu. Soc. Sen. conf. 149. nu. 5. ver. Demum & tertio. libr. 1. Rot. Genuz. Decis. 14. nu. 94. Decis. 26. nu. 9. & facit sing. traditio Put. Decis. 70. libr. 20. Alex. conf. 139. nu. 3. libr. 5.

Vnde succedat quod prius creditoribus ipsius societatis sit satisfaciendum, quam creditoribus etiam anterioribus sociorum, sicut econtra pro debitis societatis non sunt hypothecata bona propria sociorum, prout alias fuit iudicatum per Rot. Flor. in causa hæredum D. Laurentij de Puccis, cum Carnesechis, & Strozis. Et quod magis est in alia causa, & ita fuit apud nos etiam contra dotem vxoris alterius ex socijs iudicatum, & quoti die practicitur, vt omnino videatur (vt diximus) Bonauoltius præferendus; Cum præsertim Fortunius, nec nomen in societate haberet, sed sub nomine Andrea Hermellini & sociorum gereretur, vt cuius esset Fortunius, inquirendum esset ab ijs, qui stationi credebant, ad text. in dict. l. procuratoris, §. si plures. Ioan. Ventur. Aduoc. Florentinus.

Duo ex ijs eliciuntur casus, vnus cõtra fiscum, alius contra vxorem. Et ad statutum per quod hypotheca datur à die commissi delicti dixi illud non valere, vt inf. nu. 622. & contra fiscum Senis iudicatum audiui in vna atdua causa Dominorũ de Picolominis.

92 Itam ius dicitur Tribunal Iudicis, vbi ius redditur, tot. tit. de in ius voc. & tot. de in ius voc. vt eant, vel solu. & tit. ne quis eum, qui in ius voc. vixi. cum similit. licet Bologn. d. trac. de leg. iur. &

æquita. nimis hanc rem subtiliter pertractat, in cap. 15. nu. 1. & seq. sed simplicitas est amica legibus. §. sed simplicitatem, Instit. de leg. agn. success.

\* Hinc potestas Gladij ius quoque dicitur, & hoc ius gladij datum fuit à Deo Moyse, & filiis eius, vt legitur, Genes. cap. 11. de quo latè dixi in prima par. accipiturque ius pro iurisdictione, de qua in l. Imperium vbi scrib. ff. de iurisd. omn. iudic. & propterea facultas Brachij Regij ius dicitur. Iurisque est obedire Iudicibus, tot. tit. si quis iudic. non obtempera. & in Auth. vt Iudic. fin. quoquo suffr. Sic Dominis temporalibus parendum est sub pœna periurij ob iuramentum fidelitatis præstita, de quo in tit. de for. fid. & in tit. de nou. for. fidel. & dixi in 2. p. nu. 69. per Bal. in l. 1. §. in primo, C. de caduc. toll. qui trad. in conf. 127. par. prima quod duplex sit, & in c. 1. col. penult. de feud. tit. quo temp. miles. vbi ait quod iuramentum fidelitatis non ligat vasallum Domino infami, Bannito, excommunicato, vel de publico crimine condemnato, & quæ personæ excipiantur ab isto iuramento trad. Afflic. d. tit. de nou. for. fid. c. est & alia, nu. 7. Anto. Borrinius trac. de Cauallata, cap. 1. per tot. vbi contra Papam, Imperatorem, se ipsum, suasque res, nec contra Patriam, vel parentes non esse obligatorium, multò minus contra Deum, vt supra dixi. Deus namque supra naturam, & antè, & supra omnes diligendus est, vt ait S. August. libr. 1. de Doctri. Christia. & est tex. in §. 2. ff. de iust. et iur. vbi Religio erga Deum præponitur pietati, & amoris paterno, vt infra dicam.

Et obedientia debetur non solum bonis, sed etiam discipulis Dominis, qui vel per electionem, aut per successionem dominantur, Paul. Apost. . . . dixi infra num. 330. Et natura nos monet obedire parentibus, Instit. de Patria pot. non tamen obediendum indistinctè, sed in ijs quæ non sunt de genere prohibitorum, nec contra Deum, & ius diuinum, contra Deum nemini parendum supr. a nu. 67. part. 2. & nu. 62. in hac 6. par.

93 Præterea ius habemus, aut rei, aut in re, aut in rem seu ad rem. De singulis breuiter dispiciamus. Ius rei regulariter importat dominium & proprietatem, tex. infra, in l. 2. §. in locum, ff. de relig. & sumpt. fun. vnde dicitur hic liber est Sempronij. Sempronius habet ius serui, l. seruum Titij, ff. manda. leg. si hæredis seruus, de leg. 1. est materia de qua Bar. & alij scrib. in Rubr. num. 5. ff. de no. op. nuntiat. vbi de Genitiuis, & ex communi vsu loquendi importat etiam possessionem, vt dicit Bart. qui infert ad statutum puniens accipientem rem alterius, vel detentorem rei alienæ, quod non solum comprehendit Dominium, sed & possessionem, ex quo communis vsus loquendi habet etiã locum in statotis, Alex. ibidem, per l. non dubium C. de leg. vbi Bald. col. 2. & Bar. d. rubr. nu. 6. Qui etiam dicit, quod quandoque Genitiuis alijs modis accipitur, prout subiecta materia postulat. Hinc Ias. in l. ait Prator, sub nu. 2. ff. de re. iud. dicit, quod iurisdictione Delegati, non importat proprietatem. Et bene dicit, quia habet exercitium tantum, secus si diceret, Petrus habet aliquid Iurisdictionis, vel hæc est Iurisdictione Petri, tunc iux. doct. Bar. d. num. 5. & 6. diceretur habere Dominium, & proprietatem, nisi vsus aliter sentiret, vtputa si dicatur, Petrus habet ius seruitutis. Nam propter subiectã materiam intelligitur Carere Dominio; vel hæc est iurisdictione Petri iudicis, quia tunc datur intelligi, quod Petrus habet tantum ius iudicandi, & procedendi. Et de ijs plene per Repetentes,

in dict. rubr. de operis noui nunciacion.

\* Ius autem in re, non est tantæ potentia, sicut ius rei. Nam hoc habet mediante ius in re, illud immediate ius rei, c. fin. de præben. & ius in re, non datur per rescriptum obtentum de aliquo beneficio, sed ius ad rem Specu. de act. seu petitio. §. 4. ver. non igitur, vt mox dicam. Et magis est habere ius in re, quam ius ad rem. Nam ius in re importat ius quæsitum & adeptum: ius ad rem ius quærendum. vnde facilius amittitur ius quærendum, quam ius quæsitum. Nam facta tenent, l. parte furioso, ff. de ijs qui sūt sui, vel alie. iur. l. qui autem, in prin. ff. de ijs quæ in frau. cred. vbi facilius amittitur, & tollitur ius quærendum, l. sponsus, §. si Maritus, il 2. ff. de donat. inter. vir. & vxor.

\* Hinc est quod in rebus publicis ius quæsitum per cōtractum non potest reuocari, nec etiam per Principem sine causa, Doc. in l. cotem ferro, §. 1. ff. de public. & inf. dicam, sed in iure quærendo, solus Episcopus sine capitulo præiudicare potest, l. iubeamus nullam, C. de sacr. sanc. eccl. cano. in c. 1. de dol. & contu. Ias. in l. legatum. de leg. 1. est tex. in d. c. fi. de præben. in 6.

\* Nam habere ius ad rem est habere cōtractum, Rescriptum, collationem, Bullas, & huiusmodi ad apprehendam possessionem beneficij, vel alterius rei; vnde in d. c. fi. de præben. in 6. quidam tempore Papæ N. fuerat electus in canonicum ad præbendam talis Ecclesiæ, & mortuo Papa ante adeptam possessionem, Nouus Pontifex successor reuocauit. & sic dicitur ius quod consistit in spe ad fideicommissum, vel legatum conditionale, ad quæ quis vocatus est. Nam si moriatur ante conditionis aduentum, spes euanescit, l. vnica, C. de caduc. toll. cum concor. & non transmittitur ad hæredes, vt latè dixi in causa Claudij de Tolomæis de Petra Sancta, vt in præct. de test. post §. part. secus si fideicommissum, aut legatum sit pure, quia dicitur ius in re, & transmittitur, nisi à testatore reuocetur, d. l. vnica, §. cum igitur, C. de caduc. toll. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 5. nu. 5. & 12. secus etiam quo ad vocatos ad ius patronatus, vel ad emphyteosin post certam lineam, quia ius dicitur quæsitum ex nunc, prout ex tunc. de qua clausula. vi. in §. par. nu. 203. & possem adducere multa iura, & autoritates, sed nimis propositam materiam egrederer, vnde ex ijs omnibus habetur, quod ius in re est potentius, & magis stabile, quam ius ad rem, vt in extrauag. in tit. de elect. c. fi. ver. cæterum. Nec potest quando per contractum factum est vllō modo a concedente, neque ab eius hæredibus tolli, vt infra, nume. 401. cum plur. seq.

94 Rurſus dicitur ius seruitutis aliquem in re alterius habere; videlicet contra eum, qui in illa re habet directum, vel vtile Dominium, quod fere in omni genere seruitutum verificatur, vt ff. de seruit. titu. generali. & de seruitu. Vrba. præd. vel ff. de præd. rustic. Effectus huius iuris est, vt ille, qui rem illam possidet, patiatur vt frui, vt puta, eundo, imittendo, apodiando, altius tollendo, & huiusmodi, quæ seruitutes debentur a re persone.

95 Aliæ verò seruitutes debentur à Re Rei, vt stillicidia recipere, vel aquam decurrentem, & huiusmodi, de quibus latissimè per Cæpoll. in suo amplo tractatu de seruitu. vbi nil intactum relinquit. & quandoque appellatur facultas, & non seruitus, vt est panis coquendi, Doc. in leg. vt pomum, ff. de seru. item eundi ad molendinum. Nam quæ sunt mere facultatis nullo vnquam tem-

pore præscribi possunt: quia nec ius nec obligatio in futurum nascitur, capit. possessiones, 16. quæst. prima, not. glo. in l. solent, ff. de offic. Proconsul. & legat. Barto. in l. cum de in rem verso, colum. vlt. ff. de vsur. Tiraqu. de retract. conuentio. §. primo, glo. 1. sub num. 21. vbi in materia pacti retrouendendi, & Cyn. Bal. & scrib. in l. prima, C. de ser. & aqua, vbi dicunt, quod si per longum tempus iui ad tuum furnum, vel ad tuum molendinum, non per hoc poteris me compellere, vt in futurum ad tuum, & non ad aliud vadam. Abb. in ca. Abbate Sancti Syluani, col. 2. de verb. signific. nec poteris impedire alium ne furnum, aut aliud molendinum faciat, vt per Abb. & alios cano. in cap. significante, de appellat. & tener ac recenset eos Balb. de præscr. in 4. par. §. par. quæst. 5. Iacob. à S. Georgio, in suo tract. seu gloss. in verb. & cum molendinis, colum. 2. ultra med. Cæpol. tract. de seruitu. Urb. præd. cap. secundo, sub Rubr. de furno, in 2. quæst. Ias. & alij omnes in l. quominus, colum. 1. tertia, ff. de flumini. Verum cum multum conferat sequens casus iam Decius, hic vtilitatis gratia referam.

Marchiones Malaspinæ, olim erant Domini Capitaneatus Fiuizani, & de anno 1477. Homines dicti Capitaneatus spontè se subiecerunt Reipub. Flor. pactis, et conditionibus capitulatis inter quæ est infrascriptum capitulum.

*Item che il molino della Zana con le ragioni, & entrate sue, ateso essere stato, edificato da huomini di detto Commune di Comano, ritorui à detti huomini, &c.*

*Et i debito di detto molino della Zana sieno liberi dal debito di Fiorini 50 larghi in circa, obligati al Signore per tal fitto.*

Ex serie igitur huius capituli colligitur, quod permisso Domini, illi homines molendinum prædictum fabricauerunt, & Domino (hac de causa) annum fictum soluebant Florenorum 50. Et sic non iure gentium, sed per concessionem Domini, & per consequens dicendum est, quod molendinum illud erat de regalibus, ad trad. per Boss. de Regal. nume. 41. Nam licet molendina regulariter non videantur esse de regalibus, nihilominus ex consuetudine, & ex modo concedendi dici posset esse de regalibus, alioquin frustra fuisset concessa dictæ communitati, si sua fuerant; facit in proposito Franc. Marc. Decif. 562. nu. 2. & ad quid soluebant fictum Domino Florenorū 50. pro dicto molendino, nisi iure regalium.

Itaque communitas Comani d. molendinum vti Domina possedit eodem iure, quo concessum sibi fuit per annos 125. & in toto hoc tempore illud passim subhastari fecit, & conductori plus offerenti dedit, redditusque illius ad publicam vtilitatem conuertit. Nullum aliud molendinum inibi ædificatum fuit, imò de anno 1567. cum quidam priuatus ausus fuisset velle aliud ædificare molendinum, prohibitum fuit & destitit, ut ex actis notoriè apparet. Sed de anno præfenti cum duo alij ædificare cepissent aliud molendinum, pariter prohibitum illis fuit, & responderunt, nolle ædificare molendinum, sed domum pro habitatione eorum. Verum tamen vi & clam molendinū dein de compertum fuit eos ædificasse, & propterea iure merito inhiberetur eis fuit à Magistratu, ne molere auderent, nec uti d. molendino lite pendente.

Quod autem cõitas ius prohibendi habuerit, et quod priuati uti membra dictæ communitatis nõ potuerint separare, & diuidere illud ius, q̄ est commune, patet. Nā priuilegiū concessum uniuersitati



non dicitur concessum vni, vel singularibus personis, tex. in l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuis. Franc. Marc. Decif. 216. nume. primo, Decif. 489. num. 2. Decif. 490. nu. primo. hæc enim concessio dicitur omni respectu indiuidua, vt in propol. Rot. Rom. nouiff. Decif. 757. sub num. 3. p. 1. Nam si singulares personæ priuatim molendina ædificarent, certè redditus vniuersitatis paulatim extingueretur, & sic pars non afferret tantam utilitatem d. communitati respectu partis, quantam totum, respectu totius. Et ideo hoc ius vt indiuiduum nequaquam separari, aut diuidi potest, l. in executione, §. secunda, ff. de verb. obl. & per alia iura quæ adducit Gomef. varia. resol. tit. de indiuid. sub num. 15. vers. feruitus. & inducta ad vnum finem publicum nõ possunt diuersum operari effectum, l. legata inutiliter, de leg. 1. Car. clem. 1. §. 1. de præben. fuit hæc utilitas concessa in commune & non in singulos, quo casu per factum priuatorum non debet præiudicium afferri publicæ utilitati, l. ius publicum, ff. de pact. c. quod omnes tangit, de reg. iur. l. nec ex prætorio, ff. eo. tex. in l. diligenter, C. de aqu. lib. 11. Franc. Marc. Decif. 561. nu. 1. & 562. pulchre Gozad. confi. 23. nu. 2. Abb. in c. cum accessissent, de constitu. Alex. conf. 33. vol. 5. Nat. confi. 160. nu. 46. p. 1. Iaf. in l. beneficium, col. pen. circ. med. vers. & hoc dictum. De constitu. prin.

Et ex prohibitione iam facta de anno 1567. vni ex dictis hominibus (qui desistit) satis communitas dicitur esse in possessione prohibèdi effectiue: & sufficit semel prohibuisse, pulchrè Caphal. confi. 130. sub nu. 5. vol. 1. etiam si prohibitus acquirere pro bono pacis. idem Caphal. confi. 451. nu. 349. vol. 4. Iacob. a Sancto Georg. in sua inuestit. feud. vers. & cum molendinis, nu. 3. Quæ prohibitio cum in actis appareat, & desistentia prohibiti nota sit omnibus in dicto communi, vel saltem apud maiorem partem, cum in facto consistat, & appareant vestigia. etiam nocet omnibus alijs ædificare volentibus, quibus prohibitum in specie nõ fuerit, cum sit de re indiuidua facta prohibitio, l. loci corpus, §. si fundus, ff. si ser. vend. pulchrè Tiraq. tracta. res inter alios act. nu. 59. & ferè in terminis Crauet. de antiqui. temp. 4. par. incip. materia ista, sub nu. 86. car. mihi 499. & tanto magis cum agatur de publico interesse afficit omnes alios, Anch. q. 27. nu. 11. p. 3.

Et cum ij nouissimi prohibiti respõderint nolle ædificare molendinum, dicuntur acquirisse tali prohibitioni respicienti publicam utilitatem, vt in fortiori trad. Dyn. in c. is qui tacet, nu. 4. & 5. de reg. iur. vbi si tacens, ad utilitatem publicam consentire videtur, quanto magis cum fateatur excusat, se non facere id quod inhibutum est.

Sed est quod communitas nulli prohibuisset ædificare molendinum, nihilominus dicitur habere ius prohibendi, & prohibere potest, ex quo redditus sui molendini deseruit publicis necessitatibus. Boff. in dict. tit. de Regal. sub nu. 41. Nam propter publicam utilitatem recedimus a priuata utilitate, Iaco. de S. Georg. in d. vers. & cum molendinis ante, num. 4. Quinimmo si priuatus alias contra communitatem præscripsisset ius ædificandi, posset ius præscriptum infringi ex causa publicæ utilitatis, vt per Balb. de præscri. 4. part. 5. par. quæst. 5. sub nu. 3. ex doct. Bal. in l. item lapilli, ff. de rer. diuis. parum enim esset habere molendinum, si alij quoque molendina noua ædificarent ad quæ personæ irent, omiffa facultate eundi ad molendinum communitatis. vt dicit Caphal. confil. 328. nu. 21. vol. 3.

Præterea & tam longissima consuetudine annorum 125. communitas dicitur acquisiuisse ius prohibendi, dato quod nunquam prohibuerit, per text. in l. si quisquam. & ibi glo. in verb. prohibet, in fi. ff. de diuer. & temp. præscr. vbi si in priuato, qui iure gentium hoc ius prohibèdi habuit, quanto magis in communitate, quæ tanquam caput, & Domina potest suis membris iubere, & prohibere, ne ædificent, arg. §. 1. institu. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. & tanto magis, cum id ius habet à domino, vt innuit d. gl. in verb. prohibet, in fi. Abb. in c. significante, nu. 1. de app. & in c. translatione, nu. 2. de off. leg. Caphal. confi. 357. num. 22. & 29. Iaf. confi. 161. vol. 2. Guid. Pap. Decif. 298. Boer. confi. 340. nu. 30. & 50. vol. 3. Franc. Marc. Decif. 346. nu. 3. & Decif. 416.

Et eo magis, quia in hoc iure communitas fungitur eadem autoritate prohibèdi, sicut Princeps, qui tale ius concessit. Nam repræsentat eandem personam concedentis, l. si donata, §. 1. ff. de don. inter. vir. & vxor. vbi subrogatū sapit naturā eius, cum omnibus suis qualitatibus, in cuius locū subrogatur, l. eum qui, §. qui iniuriarum, ff. de quæst. l. 1. §. hæc quæstio. eo. Barto. & alij in l. vnica. C. de colligat. & catopatr. lib. 11. Surd. confi. 22. nu. 16. cum seq. Abb. in c. 1. de nupt.

Hinc est aduertendum, quia agitur nedum de interesse communitatis, sed Principis, qui habet regalia in quibus supra dictum est, inesse molendina. Et ideo non sine maxima temeritate ij nouissimi vi, & clam contra iura regalia principis ausi sunt molendinum ædificare, supplantantes iustitiam subdola responsione, spreto iudice, & præceptis, & merentur puniri, vt l. 1. & 2. ff. de no. ope. nunciat. & tenentur pœna attentatorum, quando quidem de eorum dolo constat in actis, Fran. Mar. Decif. 588. nu. 2. 3. & seq. Lancellot. de attentata. in 2. p. c. 20. q. 2. ver. quando initio, nu. 26. & 27. fraus enim nemini patrocinari debet, l. pen. in fin. C. de leg. & quod ex actis constat dicitur notoriū, Innoc. in c. insinuatione, de app. Boff. in tit. quibus mo. in cri. not. in prin. ideo constituto de dolo locus est pœnæ attentatorum, idem Lancellot. d. trac. de attentata. p. 1. c. 1. nu. 105. & 108. vnde legis beneficio caret, qui contra legem deliquit, l. auxilium, de leg. & vltra expensas, & damna, in quibus isti contrauentores tanquam temerarij condemnandi sunt iux. l. eum quem temerè, ff. de iudic. & ad demolitum cogendi sunt, Mag. Rot. Luc. Decif. 29. Fran. Marc. Decif. 585. nu. 3. quodque dictum demolitorium perpetuum esse dicitur, & transit ad heredes actiue, & passiuè, Iaf. in l. prætor ait §. hoc interdicitum. in prin. ff. de nou. ope. nunciat. Nam si non posset Princeps, qui tale ius concessit per pactum communitati, ipse ædificare ibi aliud molendinum, de iure, & si ædificaret (cum prohiberi nõ posset) teneretur ad interesse versus communitatem, vt per Iacob. de S. Georg. de inuestit. feud. vers. si. & cum molendinis, sub nu. 2. Bal. de feu. in c. 1. §. si quis ex mansoribus. col. 3. vers. pone dominus. De controuer. inuestitu. Quanto minus possunt ij, qui sunt membra, & subditi, & volunt mutare formam concessionis & priuilegij per viam contractus proptio Martte; sed an & quando Principi liceat contractum cum eo gestū reuocare, latè per Porc. Conclus. 18. lib. 5. & Doct. omnes in l. digna vox. ff. de leg.

Doct. verò qui contrarium sentire videntur in leg. quo minus. ff. de flum. & alibi, non loquuntur quando Molendina sunt de Regalibus, & acquisita ex priuilegio, & ita esse interpretata à longa

à longa consuetudine apparet, nec, quando agatur inter communitatem, & particulares, qui sunt de communitate, sed loquuntur iure gentium, & inter priuatum, & priuatum circumscripta a consuetudine, quo casu requiruntur hæc duo vel præscriptio, & prohibitio, quæ sit præscripta; unde ex diuersis non bene inferitur, l. Papinianus exuli, ff. de minor. aliud est enim acquirere ius sua potestate, & suo Marte, de iure gentium ex se & sine facto aliorum, vt in leg. si quisquam. ff. de diuers. & temp. præscr. aliud acquirere per concessionem principis, vt per Boss. loco cit. & ex ijs. eo clarius redditur, quam temere ij duo fabricauerint molendinum sine licentia principis, & in graue præiudicium communitatis. Igitur ad demoliedum, & ad expensas, & damna refarciendum condemnandi, prout iustitia mediante speratur. Et ita obtentum fuit Die Aprilis 1605. fuerunt tamen ab expensis absoluti arbitrariè. Dedit. Horat. Caualean. I. C.

96 Vterius, est aliud ius, quod familiare appellatur, vt quando quis gratis vel precario possidet, vel vtitur aliqua re iure familiaritatis, ex quo Dominus sinit, permittit possidere, vel vti re sua, ob beneuolentiam suam, & intuitu amoris, & non pretij, vel alterius rei receptæ, vt tot. tit. ff. de precar. & tot. tit. ff. commo. sed differt precariu a commodato, quia commodatum fit ad certum vsum, & non nisi vsu expleto, reuocatur, vt per scrib. in rubr. & l. i. ff. de precar. & in tantum est veru, quod si quis equum commodatum alio ducat, quam ad locum destinatum, is commodatarius dicitur committere furtum, vel, si pignore, aut re deposita penes eum vtatur, ijs omnibus & similibus modis dicitur contectare rem inuito domino, institui. de oblig. quæ quas. ex delict. nasc. §. furtum autem, vbi est tex. rotundus, l. si vt certo, §. denique, ff. commo. l. si furtum, ff. de codict. fur. l. qui iumēta, ff. loc. & in Camerario, Depositario, & alijs huiusmodi pecuniam publicam, aut priuatam ad proprium vsum expendentibus, vi. D. Petr. Caball. cas. 99. & cas. 136. Bonifac. tract. de fur. §. vel etiam vsus eius, per tot. sed de æquitate, si casus euenerit præter intentionem, vt conductor equi per aliam viam reuertatur, tunc non tenetur, vt legitur de Magis, qui responso accepto ne redirent ad Herodem per aliam viam reuersi sunt in regionem suam, Matth. cap. 2. vi. Archiepisc. Flor. in sum. li. 2. tit. de Spec. furt. Plot. in l. si quando, nu. 550. C. vnde vi. & etiam furtum fieri dicitur ab eo, qui suam equam alieno equo, inuito Domino subiecit, l. si quis vxori, §. si quis Alinum, ff. de fur. & ij partus dicitur furtiu, vt in 3. Aeneid. Ver.

*Supposita de matre nothos furata creauit.*

Sed ad propositum, rei familiari iure possessæ, ad hoc facit, quod si aliquis iure familiaritatis, & amicitie suas res in domum amici portat, ille non censentur tacite obligare, seu hypothecata, sicut sunt res inuectæ, & illatæ à conductore in domo conductæ, l. certi. iuris, vbi Bald. C. locat. Menoch. de adipisc. poss. remed. 3. num. 95. facit Negus. de pignor. 4. membr. 2. par. sub nume. 128. cum plur. sequen. vbi latissimè explicat. Nec pro famulatu res per famulum illatæ in domum Domini, sunt tacite hypothecata, vt per Bald. d. l. certi iuris, q. 4. Menoch. de adipiscen. poss. d. remed. 3. num. 145. Negus. quarto membr. 2. part. nume. 251. Bonacosi. de famul. quaest. 108. refert Caroc. de locat. tit. de inuect. & illat. nume. 22. cessante autem iure familiaritatis res inuectæ in porticum, in apothecam, in horreum, seu Magazenum, vel in arcam

funt tacite obligata pro pensione, glo. in l. tertia, ff. quibus. ex caul. pign. tacite contra hat. Bar. in l. cætera, §. hoc, ff. de leg. primo, Neg. de pign. & hyp. 4. membr. 2. par. sub nume. 138. versi. quinto. Quod verum, si Dominus loci est solitus locare, & recipere pensionem, iuxta l. item quaritur, §. qui impleto, vbi Bart. cum glo. ff. locat. Caroc. eodem titu. p. i. tit. de solito. & tit. de renouat. par. 3. num. 23. vbi si semel tantum recepisset pensionem, tunc diceretur recepisse res hoc tacito pacto, vt sibi soluatur pensio. Et vi. Caualea. Decis. 25. num. 13. in 2. par. vbi tradit qualiter intelligatur res solita locari, & ita puto intelligi debere id, quod dicit Negus. d. 4. membr. par. 2. sub nu. 152. sed dubitatur. Et hoc in casu recipiens tenetur ad custodiam, & probare non culpam, vt inf. dicam, Caroc. eo. titu. de locat. par. 2. de cas. & peric. nume. 11. glo. in §. primo, in versi. fortuito. institui. quibus mod. re contrah. oblig. vbi Aretin. Barto. in l. si quis ex argentarijs. §. an vere, ff. de eden. Nimirum si ad hæc teneatur, cum res inuectæ sint ipsi pro pensione tacite obligata, vt supra, vi. Bonifac. tract. de furt. dicto §. vel etiam, sub nume. 35. cum mult. sequen. vbi contra Cauponem, de quo dixi in 3. par. sub nume. 112. nec Cauponi rigorosa videri debeat talis Decis. nõ solum quia contra eum præsumitur, vt aduerit Bonifac. loco cit. nume. 36. & per Mascard. conclusio. 832. sed etiam quia res hospitæ quamuis per vnam horam tantum moram fecerit in Caupona, Bald. in dicta l. certi iuris, C. locat. Petr. Raunen. sing. 71. hos refert, & sequitur Caroc. d. tracta. tu. de inuect. & illat. nume. 24. sed si arca, vel locus, in quo res repositæ fuere, reperiuntur fracti, cõtra cauponem bonæ famæ, & honestæ vitæ cessat præsumptio, quia æquitas suadet, Bald. in l. prima, C. locat. Tiraqu. de pæn. tempe. caul. 51. nume. 59. & in hoc vi. infra 101. & 102. & nota quod ille qui mediante pensione curam cepit terum custodiendarum gratia, ijs præfertur etiam antetioribus creditoribus ratione suæ pensionis, Barto. in l. interdum, nume. secundo, ff. qui pot. in pign. sequitur Ias. in l. item quia, sub nume. secundo, ff. de pæcis, idem in §. item Seruiana, num. 60. institut. de actio. Decis. Perus. 84. par. secunda, secus in re locata ad habitandum, & non ad custodiendum, vt distinguit Caroc. loc. titu. de inuect. & illat. nume. 27. vbi dicit à Negusant. non esse hoc tactum, vi. Negusant. d. secundo membr. 5. par. num. 28. versi. Quarto, vbi dicit, quod de æquitate, & non de rigore primus creditor non potest vigore suæ generalis hypothecæ efficere rem debitoris obligatam secundo creditori, donec potest satisfieri in alia re specialiter quoque obligata eidem primo creditori.

97 Item ius dicitur publicum, aut priuatum. instit. de iur. nat. gent. vel ciuil. quod quidem ius publicum pactis priuatorum minime mutari potest, l. 2. ff. de pac. Bolog. de leg. iur. & æquit. cap. 16. quod consistit in sacris, in sacerdotibus, in Magistratibus, & rebus publicis, l. 1. §. publicum, ff. de iust. & iur. vi. inf. nu. 663. & ea qua in præceptis naturalibus consistunt sunt immutabilia, §. sed naturalia, institui. de iur. nat. gen. & dicuntur esse de æquitate, quæ à ratione naturali descendunt, vt iam dictum est.

Nec minus mutari possunt ea, quæ a iusto, & a iustitia proueniunt, §. sanctæ quoque res, instit. de rer. diuis. l. iustitia, ff. de instit. & iur. Quæ natura igitur illam simplicem, & vnam sortita sunt, semper eadem esse necesse est, quæ multiplicem, eadem esse possunt, ipforum forte fluminis ritu con-

tinuè vario modo dilabente, & perinde ex vno bono ex altero malum nasci par fuit, teste Georg. Vall. Iurisc. Placent. in suo amplo, & omnium rerum copiosiss. trac. de reb. expeten. & fug. cir. prin. Hinc dicere possumus quam sit mutabile ius priuatorum modo de vno in alium, prout negotia ipsa variant & mutantur, sicut etiam omnes actus inter priuatos, vt difficile sit viam, & modum inuenire cum vagentur homines in circuitu huius mundi vere laberyntho. Bolog. de leg. iur. & acquit. c. 16. nu. 16. & 17.

- 98 Ius quoque strictum dicitur, vt sunt omnia, quæ iuri communi aduersantur, tex. in l. in honorarijs. vers. sed cum rescissa. ff. de act. plura in propof. adducit Tiraq. d. tract. de retract. consangu. §. 35. glo. 1. nu. 2. cum mult. seq. ea quæ sunt strictè intelligenda, sunt stricti iuris, vt sunt contractus, rescripta, quæ non continent beneficia statuta, priuilegia personalia, Retractus, exactiones ex statuto descendentes. Et de hac materia vi. quæ vtiliter tradidi in 4. part. circa extensionem & restrictionem, vbi latè, & sicut æquitas, mente, sententia, & voluntate nititur, ius strictum, quod pro rigore sumitur, nititur verbis, Tiraq. d. §. 35. gloss. 1. nu. 29. Afflict. de feu. tit. An marit. succ. capit. 1. nu. 6. Diciturque strictum ius quod humanitati aduersatur, seueritas appellatur, nimia subtilitas, versutum ius, & callidum, ius scrupolosum, ius durum, & rigidum, prætractum, abf. issum, asperum, quando à iure nunquam receditur, nilque ei addi vel diminui potest, vt latè de ijs apud Tiraq. d. gl. 1. per tot. vnde tales merito dici possunt, qui tali iure vestiuntur. & de illis sequitur illud vulgatissimum, *che chiunque troppo la tira, spesso la rompe*. Nam officium & discretio pari passu ambulant, nu. 127. par. 2. nu. 37. par. 5. Tandem apices in bonis operibus, ut ait Strac. tractat. de mercatur. car. 246. & ab æquitate sumitur modus temperandi & interpretandi ius strictum & rigorosum, Dec. in l. in omnibus. de reg. iur. & ui. infra sub nume. 202. Ius consistit.

- 99 Sed ne pertranseamus sine aliqua vtilitate, dicamus, quod si per statutum, aut per rescriptum concedatur, quod de iure, & de facto procedi possit prout iudici videbitur, uerba de facto, idest permisse, hæc clausula importare uideretur, quod non seuentur solemnitates in procedendo, sed in sententiando saluat ius alterius, ex quo esset contra naturalem æquitatem, Bar. in extrauag. in uerb. ui debitor. Capr. consil. 75. nu. 43. at si committeretur tantum modo procedi de facto, hæc clausula, non se extendit ad merita, per Bald. in l. nec quicquam, §. de plano, col. 2. de offic. proconsul. A sin. pract. §. 3. c. 28. & 35.

- \* At si dictum sit, quod procedatur extra ordinem, dic ut supra, quod solemnitates remissa intelliguntur, & quod nullo iuris ordine seruato iudex procedere potest, immo ab executione posse iudiciu incipi, Catald. de syndic. in uers. adde si statutum, sub nu. 66. q. 118. licet dicat, quod debet præcedere aliqua cognitio: alioquin esset contra ordinem iuris, de quo in l. 2. in fin. ff. de in ius uoc. l. libellorum. ff. de act. Nam iudicium ab executione incipi non debet, Spec. in titu. de Aduoc. §. sexto, & in titu. de accusat. §. primo, C. ualca. Decis. 23. nume. 8. par. 2. qui & ipse limitat quando periculum esset in mora. Quo casu dicit, quod iudices possunt facere præcepta executiua de non ingrediento, non molestando, non ædificando, aut de non turbando talem in sua possessione, vel vt sub pœna compareas, vel quod restituas, vel aliquod

aliud facias, sed solet apponi in similibus præceptis clausula salutaris, & iustificatiua, videlicet, si senseris, & grauatum compareas: de qua per eundem Caualea. Decis. decima nona, nume. primo, part. prima, Felyn. in consi. quinto, nume. primo, & tunc præceptum resoluitur in simplicem citationem, si præceptatus compareat, quod est simile primo Decreto. & de hac clausula vi. quod dixi supra, nume. 346. par. quarta, nume. 105, par. quinta, vbi quando non operatur quidquam. Non sic quando præcipitur alicui, ne sub pœna discedat à Prætorio, quoniam opus non est clausula iustificatiua, sed oportet, vt promittat, vel satisfacet de non discedendo, & si discedat, & reuertatur, secundum terminos de quibus supra in secunda parte locutus sum, nõ debet pari pœnam prætoriam, vt ibi sub nume. 240. licet non desint qui aliqua pœna plectendum esse dicant, vt Baiard. ad Clar. quæst. 3. 1. nume. 19. Farinac. de carcer. quæstio. 30. nume. 77. Vulpel. consi. 139. in primo, sed illorum opinio procedit de rigore. Nostra autem de æquitate, & illorum opinio in pœnis conuentionalibus, nostra autem in prætorijs, & prætoris est oculus ad æquitatem habere, & in prætorijs stipulationibus rigor cessat, vt infra sub numero 214. & quando concurrens rigor & æquitas, tunc attenditur æquitas. Dec. in l. in omnibus. de reg. iur. Silu. nupt. lib. 6. titu. quomodo iudic. est nume. 68. Caphal. consi. 166. nume. 15. & sequen. volum. secundo, Doct. in l. edita. vbi Odoct. C. locat. Bal. in authent. iubemus. nume. 2. C. de iudic. & opinio quæ fauet æquitati, præualet. Coras. com. opi. lib. 1. tit. 6. num. 59.

## DE IVSTO.

- 100 Quarto sequitur videre, de iusto, & quid differt iustum, à iustitia. Et breuiter dicimus quod iustum deriuatur à iustitia, non repugnantibus rigore, nec æquitate, scrib. omnes. institu. de iusti. & iur. & iustum dicitur habere radices nedum in iustitia, sed in cõscientia iusti iudicis, de quo in sac. Pagin. dicitur, iustus iudex nunquid irascetur; licet hæc de Domino nostro Iesu Christo dicta sint. Sed nescio, an utilis, aut potius vana sit disputatio illa; An ius, & iustitiam fuerint ante vel post iustitiam, vt discurrendo tractat Bolog. d. tract. de legit. iur. & æquita. cap. 14. sed glo. 1. institu. de iusti. & iur. distinguit, quod ius quatenus consideratur in actu, dicitur filius iustitiæ, quatenus verò in habitu hominis, ius & iustitia cõiua sunt. & Azon. in sum. eodem titu. sub nume. 4. ait, quod Deus est author iustitiæ, & homo author iuris, quatenus ius consideratur ars boni, & æqui, & hoc sufficit.

- 101 Verum natura simplex semper appetit iustum, & honestum, & omne, quod apparet, & videtur honestum, iustum esse, licet re vera nec iustum, nec honestum sit, quia natura ipsa non potest capere, quod quid iniustum in honestum que fiat, Aristot. lib. 1. Ethic. c. 1. vnde si quis deuium à iusto, & honesto aliquid appetit, id per accidens est. Nam honestum est a natura, nõquam à iusto separatur. idem Aristot. lib. 3. c. 4. relat. & Neuzia. in tract. com. opi. Diuerso. par. 3. sub num. 68. Quinimo si quis malè operetur, nihilominus sattagit abscondere, vt videatur, & appareat Sanctus, quia natura agrefert in honesta, & iniusta. Sic hypocritarum est agere, qui volunt, & cupiunt teneri Sancti, & prudentes, vt scelera occultent. vnde Horat. vers.

*Da mibi fallere, da iustum, sanctumq; videri.*

Bolog.

102 Bolog. facit d. tract. de leg. iur. & acquit. c. 4 nu. 6. Sed nullus de proximo suo male iudicat, nisi & ipse malus sit, Luc. c. 6. Nullus timet inuidios, nisi si ipse inuidios sit, de quorum natura tractat Arist. 2. Topic. nullus detractorem, nisi sit detractor, dixi nu. 79. par. 1. vnde si naturaliter omnia iusta, & honesta credimus, vt supra, & si moraliter in dubio quilibet bonus esse præsuntur, vulg. l. merito ff. pro soc. cur. malum temere de proximo iudicatur? est verum quod demon infernalis, quos capere non potest per manus, hoc est per opera mala, sarragit capere per capillos, id est per malas cogitationes, & dicitur quod S. August. circa cogitationes malas & allusiones, sepe vexabatur; sed quia ipse sanctus magis a constantia, & sanctitate sua, vexator vexabatur, & non præsuntur virum honestum, & prouidum aliquid perperam aut fecisse, aut facturum esse, c. in nostra ver. nos verò. de poen. c. sacro. de sent. excom.

Ius consistit in spe, in scriptura, in verbis, & facto, vt supra sed ex facto percipitur, nunquid iuste vel iniuste actum sit, hoc consistens in actu, ius vero in potentia, ius in facto fieri, iustum in facto esse. Qua de re caueat iustus ne diuertat à via iusta, & conuertatur ad iniquitatem. Nam amittet operum iam factorum merita suae iustitiae, & in iniquitate sua peribit, Ezech. c. 18. nec recordabuntur amplius iustitiae eius. Nam licet iusto non aduerferetur quicquam malignum, Spec. de Aduoc. §. 5. in verb. commendat autem. & §. 6. ver. sed num quid bene nihilominus, si nimium confidat in iustitia sua peribit, dixi supra nu. 8. cum seq. At viceversa, si impius conuerterit se ab impietate suam operatus est, & fecerit iudicium, & iustitiam, ipse animam suam viuificabit, & vita uiuet, & non morietur, Ezech. cap. 19. Oculi Domini super iustos, & aures eius preces eorum. Pf. 33. Premium iustis, punitio transgressoribus, sic Iacob. de Valent. ibi.

103 Sed pro dolor, quantum difficile sit male habitatis resipiscere, legat (quæso) S. August. vltra ea quæ infra prædicamento habitus, sum dicturus, nu. 673. Nam etsi aliquando conuersi videantur, tamen facillimè ad primæuam naturam reuertuntur, vt nu. 662. & qui diu in malo vitam duxerunt, si rectè expurgati non fuerint, facillimè in solita peccata reincident, vt per Hippocr. in Aphorism. 12. de non rectè expurgatis corporibus. Quæ (ait) relinquuntur in morbis post iudicium, recidius facere consueuerunt. Quod est notandum pro Iudeis, & alijs deuijs à fide christiana & catholica. Qui vt se liberent à seruitute, vel a pœna offerunt se velle christianos esse. Nam ij debent statim & penitus segregari à consortio infidelium, nec permittere vilo modo, vt alij infideles alloquantur illos, sed & bene custodiri, & diligenter examinari, & Cathecuminizari debent, vt sublatis à corde eorum omnibus difficultatibus, & rectè circa fidem veram catholicam instructi, tanquam à cecitate, ad lumen fidei, à morbo ad sanitatem, à tenebris ad lucem redeant, alioquin facillimè ad primæuam naturam reincident, quia ignis propè stupam accendit, & ubi pestis est, citò, longè, & tarde ait Ripa tract. de pest. et remed. contr. eam. alioquin contagiosi per contagium fiunt; sicut de meretricibus conuersis, quæ statim à consortio aliatum sunt segregandæ et in locum honestum conuertitarum custodiendæ. Nam cum Sanctis Sanctus eris, et cum peruersis peruerteris. Et illi qui curam habent, si permittant conuertendos à malis alloqui, strictè rationem reddent coram Deo in die iræ.

Sed si puella christiana vel puer vult religiosus esse, bene permittitur vt prius honestis recreationibus refocillet corpus, et bene ac diligenter causa examinetur, vt cognoscatur, an sit per allusionem dæmonis, vel propter aliquod humanum respectum à spiritu bono ducantur. Nam etiam sine habitu religioso christiane viuens in habitu laicali quis saluari potest, non sic de Iudeis, de meretricibus, & hæreticis, quia si non conuertantur peribunt. Ideoque detrusus sum de quibusdam, qui permiserunt Iudeos cum Iudæo conuertendo alloqui, ad effectum vt mihi dixerunt, vt cognosci posset, an eius conuersio proueniat à spiritu bono, vel malo. Spiritus enim malus à malo non eijcitur spiritu, sed à bono, vt in Euangel.

104 Modo ad rem, sicut nimia iustitia me retur non men crudelitatis, c. denique. 4. Distinct. sic nimium iustus est reprehensibilis, eccles. c. 7. prouer. ca. 21. vnde dicitur, qui nimium corrigit, offendit, c. beatus. 45. distinct. idem dicitur quandoque de nimia æquitate, quando præbet incentiuum peccandi, ad hæc vi. in 3. part. sub nu. 34. Hinc dicitur, qui parcit virgæ, odit Filium, & iustitia violatur per nimiam indulgentiam, c. famæ. de sen. excomm. plura adducit D. Farinaci. de delict. & pœn. qu. 17. sub nu. 3. quia omne nimium vitiosum, not. glos. in Auth. vt detur. sit. nu. Gugliel. Rouell. d. tracta. de iust. & iniust. cap. 17. & multa per Tiraq. de re tract. consang. §. 35. glo. 1. nu. 15. qui autem instanter diligit, instanter erudit, Salamo. prouer. c. 13. verum omnia medenda sunt vsque ad viuum exclusiue, ne lædatur simul quod bonum est, sed aufertur dum taxat, quod malum est, vt perniciosum.

105 Iniusta autem inter alia sunt hæc, quæ sequuntur & ijs si quæ sint similia, natura ipsa abhorrentia & omni iure damnata.

*Mandatorum Dei inobseruantia,*  
*Documenta naturæ spernere,*  
*Leges humanas non custodire.*  
*Superioribus non obtemperare,*  
*Rem publicam tradere,*  
*Patriam oppugnare,*  
*Publicam fidem frangere,*  
*Prinatum publico anteferre,*  
*Proximum fallere,*  
*Rem alterius occupare,*  
*Religionem spernere,*  
*Quod per te non vis in alium statuere,*  
*Parentes non honorare,*  
*Filios non educare,*  
*Vxorem dimittere,*  
*Mercedem retinere,*  
*Benefacienti malefacere,*  
*Alterius aduersitatis gaudere,*  
*Alieno bono inuidere,*  
*Turpiter viuere,*  
*Et tandem, nec Deum, nec homines timere.*

106 Ad quæ vi. Gugliel. Rouell. dict. tract. de Iust. & iniust. libr. 2. in princip. Contra prædictos transgressores iura armant dexteram, & irruunt, quandoquidem non carent dolo, quia sunt contraria naturæ. Et nullus est qui hæc ignorat. nec quaeritur, an aliquo colore excusari possit qui est vir sanæ mentis, quamuis Tiraqu. non desit temperare quoque pœnam in supradictis casibus vt tot. tit. de poen. temper.

DE AERQVITATE

- 107 **Q**uinto sequitur videre de aequitate, & sic paulatim propositam materiam attingimus, & primo de differentijs a iam propositis terminis. aequitas igitur differt ab aequo quemadmodum iustum a iustitia, Bolog. d. tract. de leg. iur. & aequita. cap. 18. nu. 1. qui teste Aristot. ait obiectum aequitatis esse aequum, & bonum, licet supra dixerim a nonnullis diuersitatem quoque poni inter aequum & bonum, per l. 1. ff. de vsucap. & l. hac lege. C. de pact. conuent. super dot. & Tiraq. d. tract. de retract. contin. §. 35. glo. 1. nu. 26. Secundo aequitas differt a lege, quemadmodum lex ab interpretatione, aequitas enim appellatur benigna interpretatio, benigna opinio, & benigna facta, mansuetudo, & dulcor misericordiae. Hinc ferè in omnibus Psalmis aequitas semper est in ore Dauid Regis. Tiraq. vt sup. num. 25. Benignitas namque attribuitur aequitati, sicut ratio attribuitur iuri, l. 1. nulla, ff. de leg. Tiraq. d. nu. 25. quae ratio naturalis appellatur pedagoga legis scriptae à Decia. de delict. tom. 1. lib. 2. tit. de Rat. nat. & aequita. Tertio aequitas differt à iustitia, sicut filia à Matre, sed talis mater, talis filia, dici solet supra nume. 31. Alij voluerunt, quòd iustitia sit tanquam genus, & aequitas, & modestia, ac omnia officia, sint tanquam species, secundum Georg. Vall. Placent. tractat. de reb. expeten. & fug. lib. 4. c. 1. vers. aequitas. sed sci re hoc parum utilitatis affert. Quarto aequitas differt à iure. Nam quando ius est clarum pro vna parte, non est recurrendum ad aequitatem pro altera parte. Scriptum est enim pauperis ne miserberis in iudicio, ne diuiti fiat iniustitia, vt in Deuter. ca. . . at quando ius deficit, aequitas tunc supplet, l. in summa, §. item verus, ff. de aq. plu. arcen. Quinto aequitas à iusto differt. Nam iustum stat in medio aequitatis, & rigoris, quemadmodum lanx in statera, non pendens à dextris neque à sinistris, & tantum vult pro aequitate, quantum pro rigore vbi expedit. Sexto & vltimo aequitas differt a rigore, quemadmodum frater à sorore, vt sup. num. 31. ob differentiam sexus. Nam etsi iustum sit inhærere rigori, tamen iustius est aequitatem amplecti, l. si filius qui patri, ff. de vulg. & pupill. ad quam iudices oculos semper habere debent. vnde Dauid. De vultu tuo Domine iudicium meum prodeat, oculi tui videant aequitates. Psal. 16. quod exponitur, oculi tui videant aequitates, & actiones meas iustas per Iac. de Valent. ibi. & de hoc Marf. in confi. 4. in prin. verum tamen aequitas non debet esse, prout dicitur cerebrum, ne inducat iudicè ad faciendum illud, per quod insurgeret delictum, & hoc in alio loco ostendit Dauid. psal. 10. Quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit, aequitatem vidit vultus eius. vbi Iacob. de Valent. & ad hanc aequitatem intuemdam habemus text. in leg. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loc. l. in omnibus. quidem, de reg. iur. & Salamo. Prover. cap. 4. viam aequitatis docens ait, viam sapientiae monstrabo tibi, ducà te per semitas aequitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens, non habebis offendiculum. Porro qui aequitatem sequitur, tutius erit iudicium eius.
- 110 Et pulchrè nos monet Cicero. in 3. offic. Nam in primis iudices operam dabunt, vt iuris, & iudiciorum aequitas suum locum teneat. est tex. in ca. in iudicijs. de reg. iur. in 6. & Couarru. var. resolut. p. 2. sub num. 3. & ipse dixi in 5. par. sub nume. 57. Melius est enim rationem reddere de misericor-

dia, quam de rigore, vt 20. q. 1. alioquin iudex nimiam seueritatem potest ab officio remoueri, Bald. in l. 2. C. de custo. reor. Farinae. de delict. & pœn. q. 17. nu. 4. vbi quantum vtile sit vti aequitate in iudicando, & ipse tetigi in 4. par. circ. princ. Nimia enim asperitas est causa perditionis subditorum, & reuolutionis populorum, sicuti per contrarium, nimia indulgentia subditos saepe reprobos facit; quae de re medium tenere beati; & medium est eligendum, vt in auth. de consul. cit. princ. l. solent, ff. de offic. pro consul. & talia praesumuntur esse media, qualia sunt extrema, l. talis scriptura, §. sed etsi in annos, vbi glo. & Bald. de leg. 1. l. sed et si. §. solemus, ff. de hered. institui. vnde si iustum erit bonum, vtique de medio bono censendum est: quia regulariter ab extremis media iudicantur, Tiraq. de praescript. §. 1. glo. 6. num. 4. hinc dicitur dimidium facti habet, qui bene incipit, nunquam finis malus erit, vel saltem raro eueniret. v. inf. num. 161. & Afm. de execut. §. 3. cap. 137. num. 2. car. 62. quae de re in rebus dubijs, in contrarijs opinionibus, quando agitur pro bono pacis in causis inter patrem, & filium, vxorem, & virum, amicum, & amicum, in causis inter vniuersitatem, & vniuersitatem, inter rusticos, et ignatos, vbi agitur inter causam piam, & ecclesiasticam, inter viduam, pupillum & aduenam, vbi de lucro, beneficijs, & damno euitando, & huiusmodi; semper media via est amplectenda, & illa, quae magis aequitati, quam rigori adhæret.

Ad aequitatem igitur iudices oculos dirigere debent, vt sup. nu. 110. intellige de aequitate scripta, non autem captiosa; vt dixi in 1. par. sub nume. 117. secundum primam impressionem; nec fidei debet de propria ceruice, Salys. in l. prima. C. de leg. Vnus enim omnia scire non potest; nec discernere, nec cuncta dispicere, Aristot. in 3. Politic. c. 12. & in c. honorantur, 32. q. 2. cum omnibus 81. Distinct. sed vt alias dixi, inter omnes vniuersari posse, vnde Pers. scripsit vers. *Nemo (ait) in sese tentat descendere, nemo, sed procedenti spectatur manetica tergo.*

Ad hæc vi. Tiraq. d. tract. de pen. temp. caus. 51. sub nu. 63. eum plur. seq. vbi multa more suo ad hoc propositum. Nemo enim praesumere debet se meliorem esse lege, vel aequitate scripta, vt not. in §. oportet. in auth. de iudic. Abb. in cap. ex parte, nume. 9. de postul. Aequitas enim benigna est, non agit perperam & nil inhumanitatis habet, Doct. in l. placuit, C. de iudic. & est soror charitatis, cuius encomia trad. Apost. 1. Cor. 13. in mo qua ratione legislator motus est, pariter eadè ratione iudex se mouere debet, vt super literis, de refer. Rainal. Corset. de indagat. iur. lib. 2. cap. 11. nu. 1. Quae de re, si lex aequitatem sequatur, iudex non debet sequi rigorem, & e contra, aduertendo quod aequitate erga alios vti debemus, quantum in nosmetipsos habere velimus, Menoch. de arbit. iud. q. 13. vbi nu. 17. & 18. ait aequitatem esse remedium contra venenum, Salys. in l. 1. num. 1. C. de leg. & si quis hanc praes oculis habebit nunquam satis laudatus erit, nunquam iniustus apparebit, & rigor eius pro aequitate accipietur.

Modo placebit aequitatem definire, aut magis describere, absque onere conterendi verba, & tempus in defendendo definitionem, cum alias dixerim, quod omnis definitio in iure periculosa sit; Parum est enim quod subuerti non possit, d. l. omnis definitio, de reg. iur. in 6. itaque ad

ad tollenda omnia obiecta, sequar id quod à Di-  
no Augustino dictum fuit in eius sum. in ver. ius  
dicente, Aequitas est iustitia dulcore misericor-  
diæ temperata, & supra tetigi, & meminit Salyc.  
in l. penul. vbi etiam Ias. C. de iudic. & Bologn.  
d. tract. de leg. iur. & aequita. cap. 28. num. 12. facit  
rex. in l. nulla, ff. de leg. Nulla iuris ratio; aut beni-  
gnitatis aequitas patitur, vt quæ salubrior pro ho-  
minum vtilitate introducitur, ea nos duriore  
interpretatione contra ipsorum eam modum pro-  
ducamus ad severitatem. At Coadu. var. resol.  
part. 2. sub nu. 3. ait. Aequitas est, quod naturalis  
ratio persuasit: vel secundum Philof. aequitas est,  
quæ adducti naturali ratione, ius quod severius  
pronuntiatum videatur, quam res poseat, minus-  
ve quam interpretemur, emendamus, cuius ini-  
quitas planè contrarium est; Hæc apud Geor.  
Vall. Placent. d. tract. de reb. experen. & fug. c. 1.  
in verb. aequitas, lib. 41. Non reprehenderes ini-  
quitate, nisi videndo iustitiam, reprehensor ini-  
quitate esse non potest, qui non cernit iustitiam  
cui comparatam reprehendat iniquitatem. Vn-  
de enim scis, quia hoc iniustum est, nisi scias, quid  
sit iustum. Quid si enim iustum est, & hoc quod  
dicit iniustum? Absit, inquis, iniustum est, & ela-  
mas quasi videntibus oculis, videns hoc iniustum  
esse, utique ex aliqua regula iustitiæ, cui compa-  
rans hoc, quod vides prauum, & cernens, non cõ-  
uenire rectitudini regulæ tuæ, reprehendis tan-  
quam artifex iustum ab iniusto. S. Aug. super Ps.  
61. Azo. autem in sum. 1. lib. Instit. tit. 1. nu. 7. di-  
cit, quod aequitas est rerum conuenientia, quæ in  
paribus causis, paria iura desiderat, & omnia bo-  
na æquiparat, & dicitur aequitas quasi æqualitas,  
vertiturque in rebus, idest in dictis, & factis ho-  
minum. Alij dicunt quod aequitas sit modus ra-  
tionabilis, regens misericordiam & rigorem, sed  
apertius videtur dicendum, quod aequitas est mo-  
dus rationabilis temperandi rigorem, quæ magis  
conuenit cum definitione S. August. sed Bal. in l.  
2. C. de donat. ait aequitatem esse naturalem ratio-  
nem. Et in l. 1. ff. de iust. & iur. dicit aequitatem ef-  
se animi applicationem ad directum iudicium,  
intellectu non errante in substantia, neque in cir-  
cumstantijs facti. (sicut inquit Bal. ibi. Rectum  
est iudicium ecclesiæ) clauæ non errante. Et sicut  
ex facto oritur ius, vt supra not. in l. ex plagijs. §.  
in Cluio Capitolino. ad leg. Aquil. vbi an puer ob-  
tritus culpa mulonis, vel an qui telum proiecit  
vel a sellum agitarum non retinuit, sint in cul-  
pa, quæstio facti est, & facit Socin. consil. 58.  
in principio, parte prima, ita ex aequitate, ori-  
tur ius benignius, cap. in pœnis, vbi Dy. de reg.  
iur. in 6. sed prius diligenter inuestigandum est de  
113 veritate nunquid in facto aequitas magis, quam  
rigor locum habeat, & de hac re per Bal. in l. is  
apud quem, C. de eden. Menoch. de arb. cas. 499.  
nu. 7. in addit. circa quam sciendum est, quod fa-  
cti qualitas discernere facit, quomodo proceden-  
dum, & iudicandum sit, ar. l. 1. §. cum patronus, ff.  
de iur. iura. & faciunt, quæ dixi in 1. par. sub num.  
197. iux. primam impress. cum seq. & num. 180.  
265. p. 3. nu. 36. & 106. par. 4. nu. 104. par. 5. & idè  
114 qualitates siue à facto descendentes, siue à statu-  
to requisitæ, sunt probandæ, vt dixi in 3. par. sub  
nu. 210. Iacob. Aret. Cyn. & alij in l. 2. C. de probat.  
latè Mascari. de probat. in ver. Qualitas, Af.  
prac. §. 29. c. 37. Modò aequitas circa ea, quæ dolo  
carent, locum habet tam in substantia, quam in  
qualitatibus, vt infra in prædicamento vtriusque  
dicam, & supra nu. 17. cum seq. vi. And. Sicul. con-

fil. 50. cit. à Decia. tit. de iur. gent. & c. lib. 2. qui di-  
cit, quod vbi deficit fundamentum aequitatis, om-  
ne superædificatum corrui; Si verò qualitas fa-  
cti habeat annexum dolum verum, tunc Rigor  
attenditur, vt mox dicam.

115 Sed prius quorundam aliorum opinionem cir-  
ca aequitatem dicamus, qui dicunt, quod aequitas  
sit exceptio regulæ, vel rigoris, per l. 1. C. de leg.  
Sed quia alij dicunt esse temperamentum rigori-  
s, melior est istorum sententia secundum ea, quæ  
dixi supra nu. 22. & seq. & nu. 31. 32. & 33. Quic-  
quid enim in dicendo, aut in faciendo in beni-  
gniore parte sumitur, Illud aequitas dici po-  
test. Vnde quando Regula dicit, quod fauores sunt  
ampliandi, quod semper mitiorem partem sequi  
debemus, c. odia, de reg. iur. c. semper, & c. in pœ-  
nis, eo. tit. quod ira, atas minor, prouocatio, defen-  
sio, & alia similes causæ excusant in delictis, vt  
per Clar. q. 60. per tot. & Tiraq. de pœn. temp. per  
tot. semper hæ regulæ sunt in aequitate fundatæ  
quarum exceptiones sunt in rigore fundatæ. At si  
Regula dicat, quod Delicta non debent remanere  
impunita, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. quod con-  
tra facinorosos sit seuerè procedendum, vt supra  
nu. 17. & vt in 3. par. & in 4. per tot. & per c. odia,  
vbi Dyn. de reg. iur. in 6. & ibi add. lit. D. & quod  
testis falsus, aut calumnius accusator reneantur  
ad pœnam talionis, Petr. Duen. Reg. 27. quæ ad-  
huc hodie in falso teste locum habere dicunt Bal.  
in l. 2. C. de reb. cred. Cassa. in consuetu. Burg. ru-  
br. l. in tit. des iustices, fol. 14. col. 3. nu. 15. Mille-  
prac. nu. 12. dixi p. 5. nu. 252. & quod fur pro pri-  
mo furto suspendatur, iux. c. si de quinque solidis,  
de pac. tenen. quod vnus teneatur pro Delicto alte-  
rius, vt dixi in 3. par. sub num. 254. & alibi, quod  
agentes & patientes pari pœna puniantur, & de  
ijs similibus; tunc hæ Regulæ sunt Rigoris, quarum  
exceptiones ab aequitate proueniunt, & idè  
non potest sustineri, quod Regula accipiatur pro  
aequitate, & exceptiones pro rigore. Nam hæc  
confunduntur, vt supra. Ad hæc vi. Saly. in d. l. 1.  
col. 2. ver. & licet Doctores, C. de leg. sicut etiam  
Rigor pro aequitate, & aequitas pro rigore quan-  
doque acciperentur vt dixi in 3. par. sub num. 33.

116 Sciendum est etiam, quod aequitas dicitur tri-  
partita. Nam vna pars dicitur legitima, altera con-  
ueniens, tertia moris vetustate confirmata. Præte-  
rea Aequitas prima ad Deum, secunda ad Sactos,  
angelosque Dei, tertia ad homines dicitur pertine-  
re, prima pietas, secunda sanctitas, tertia iustitia,  
vel aequitas ab ea descendens. Et secundum San-  
ctū Ambro. aequitas est lex naturalis in tres partes  
diuisa, prima vt agnitus rerum conditor honore-  
tur, nec eius claritas, & Maiestas alicui creato tri-  
buatur, secūda est moralis, hoc est, vt benè viuatur  
modestia gubernante, ne Dei frustetur agnitio,  
tertia pars est docilis, vt notitia Dei Creatoris, &  
morum exemplum tradatur, & discant, quemad-  
modum apud Deum opt. Max. vniuersitatis con-  
ditorem merita collocentur. Sic Geor. Vall. d. suo  
tract. de Reb. experen. & fug. lib. 41. capitul. 1. ibi  
aquitas.

117 Rursus aequitas bifariam sumitur, scripta, & nō  
scripta, Mysling. in sua Cent. 6. obser. 63. nume. 4.  
item sumitur ciuilitè, & naturaliter, tex. in leg. 1.  
§. 1. ff. si quis testa. liber. iuss. esse sue. Naturalis sci-  
licet, quæ præceptis naturalibus dictamine ratio-  
nis, hoc est intellectu nobili à Deo insito emanat,  
quo bonum à malo communi quodam omnium  
consensu discernimus, quæ est fons totius iuris,  
boni & æqui certissima regula, quæ si caret homo  
inter

inter Bruta potius connumerandus est, per glo. in auth. de monach. in verb. dicentem, in princ. Constan. Roger. d. tract. de leg. poten. par. 3. versic. iam tempestive, sub num. 26. & seq. vbi dicit, naturalē æquitatem esse illud ius civile, quod à naturalis rationis dictamine constitutum est, Dyn. in c. indultum, de reg. iur. in 6. At nos dicimus naturalem rationem esse æquitatem ipsam, quæ supplet vbi ius deficit, leg. cum ratio, in princ. ff. de bo. damn. 20. & dixi supra, & est gloss. in verb. consuetudo, & in verb. ratione, distinc. 1. Bald. in cap. pastoralis, in fin. in versicul. æquitate. de caus. poss. & propr. etiam infra dicam quam æquitatem legisla- tores potissimum sequuntur, leg. 1. §. si id quod, ff. de act. & oblig. plura in propos. adducit Decia. de Delic. tom. 1. lib. 2. tit. de rat. nat. cap. 9. facit tex. in leg. 1. & ibi Doct. ff. de pac. & hæc ratio natura- lis (secundum Senecam) est arbiter bonorum, & malorum, & ideo an cum rigore aut cum æquitate eundem sit, ipsa ratio naturalis nos docet, & facit rectè discernere, vt supra.

\* Et ex hac equitate naturali cõpetit officium iudicis nobilis, leg. palam, & l. si. ff. de pet. hæc. quod est conforme dicto superius sub num. 117. ibi intellectu nobili, & dicitur officium nobile, quia supplet vbi non est aliqua actio, & deseruit intentioni petentis, vt per repeten. in Rubr. de offic. eius. Pap. in for. libell. in act. real. in glo. Quatenus, vbi late, & qualiter iudicis officium deseruit loco remediõrum Adipisc. Retinen. et Recupe. possess. luculenter explicatum est à D. Menoch. in dictis suis tribus tract. Descenditque officium iudicis ab æquitate tanquam à Matre, qua de re dicitur quasi nepos Iustitiæ, secundum ea, quæ dicta sunt sub num. 31. est tex. in l. Quintus, §. Pomponius, ff. de alim. legat. Surd. trac. de alim. tit. 3. q. 1. sub nu. 14. 15. 16. cum seq. nimirum si Iudex vti filius semper oculos ad matrem, quæ æquitas est, habere debet, dicto §. Interdum, ff. de co. quod cer. loc. vbi Ias. num. 3.

119 Aequitas verò ciuili oritur ex præceptis moralibus, l. 1. §. hæc actio, ff. si quis testa. liber. iuss. esse sue. Bolog. d. tract. de leg. iur. & æquita. cap. 30. num. 5. tom. 1. & hæc ciuili æquitas locum habet circa legem scriptam, et non circa consuetudinem secundum aliquos, prout est lex non scripta, §. ex non scripto, instit. de iur. nat. gent. & ciuili. Bolog. vbi sup. c. 31. num. 117. & seq. c. 33. nume. 11. de hæc statim dicam nu. 121.

Alio autem modo subdistingue, æquitas vel est ciuili, vt supra, vel est canonica, hoc est descendens à iure canonico; licet enim de æquitate ciuili quis non obligeatur solo consensu, secus est de æquitate canonica, per quam præsentia partis non consideratur in confessione, & iuramentis, 2. q. 5. gl. in cap. quoties, r. q. 7. Mascar. de probat. conclus. 347. sub nu. 58. & seq. vol. 1. & vbi cumque æquitas de iure ciuili deficit, æquitas de iure cano. supplet in prouidendo ijs, quibus naturalis pietas suadet. Ex eplum in alendis, & educandis filijs, tot. tit. de lib. agnos. & tot. tit. C. de alen. liber. per l. 1. §. ius naturale, ff. de iust. & iur. & in hoc tam æquitas ciuili, quam Canonica æquitas concurrunt circa filios legitimos, & naturales. Sed in filijs spurij ciuili æquitas deficit, l. 2. vbi Cyn. C. de alen. liber. auth. ex complexu. C. de incest. nupt. sed attendenda est æquitas canonica, quæ supplet tex. in ea. cum haberet. vbi Abb. & alij, ext. de eo qui dux. in matr. eam quam pollue. Gozad. consi. 13. num. 47. Caualea. Decif. 10. num. 26. p. 3. vbi omnes in hoc propos. al leg. in terris Imperij locum habet, vt esse magis

com. opi. testatur Dec. in cap. at si clerici, de iudic. Gabr. com. concl. titu. De aliment. conclu. prima, sub nu. 2.

120 Et in tantum id est verum, quod si filius spurius habuit alios filios spurios in vita patris, vt que alimenta debentur spurio de spurio, vt tenent Abb. d. c. cum haberet. col. fi. & Gabr. d. conclus. 1. num. 22. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. sub nume. 64. & 65. Illust. Paleot. tract. de spur. & Noth. q. 48. Dida. Niconit. & alij per Peregrin. allegati, & multi quos adduxit Caualea. d. Decif. 10. sub nu. 26. p. 3. & Peregr. ampliat etiam, quod pater de alimentis non prouiderit. Nam hæres nihilominus, & successor tenentur spurios alere, l. si quis à liberis, §. idem rescriptum, ff. de liber. agnos. Doc. in auth. ex complexu, C. de incest. nupt. & in auth. licet, C. de nat. liber. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 5. nu. 12. & 14. quia alimenta ista debentur in subsidium iuxta illud Euangelij, si non paupisti, occidisti. Nam qui negat alimeta, dicitur necare, l. 4. C. de alen. liber. l. nec filium, in gl. penul. C. de patr. pot. & sanctius est alere non alendum, quam alendo alimenta negare. l. 1. §. interesse. vbi gloss. sine causa, ff. si mul. ventr. nomi. in poss. vita, & miserationis causa, ne quis fame pereat. iuxta. Surd. tract. de aliment. tit. 8. priuil. 91. nu. 2. per tex. in l. libarum, vbi Bart. C. de patr. potesta. & ipse amplio etiam, quod spurius de spurio in vita testatoris natus, non esset, quoad alimenta deserendus, dum modo in eius vita cõceptus fuerit, per ea quæ trad. scrib. in l. filius familias, §. Diui. ff. de leg. 1. l. qui in vtero, ff. de stat. ho. Doc. in l. qui filiabus, ff. de testa. tuto. quia in hoc non est vagandum per coniecturas. Nam alienæ hæc debentur iure naturæ, & non dispositione hominis, vt l. 1. C. de lib. alen. §. 1. instit. de iure nat. gent. & ciuili. facit Peregr. de fideicom. articu. 22. sub nume. 13. & dicitur debitum necessarium & naturale. Quo fit vt de hæreditate & ab hæredibus debeantur; vt de dote, quando debetur iure naturæ.

\* At alimenta non dantur spurij secundum dignitatem quia dignitate carent, secundum Azon. in sum. C. ex quib. cau. infam. itrog. Alex. consi. 80. sub nu. 2. vol. 2. sed dantur secundum ætatem passim, & necessitatem, Gozad. consi. 95. sub num. 4. Calder. consi. 60. vol. 6. Rot. Bono Decif. 2. num. 6. alios allegat Surd. in suo tract. de aliment. tit. 3. q. 18. sub nume. 49. eger enim non dicitur, nec in paupertate sordescere, qui habet ea quæ sunt sibi necessaria. Lap. alleg. 101. nu. 19. quamuis Afflict. teneat quo de spurio re, & vita honestus fungatur muneribus, & honore. Decif. 195. nume. 9. Sed hoc quia Reipub. persona sua adeo sufficiens expediat.

\* Petunturque alimenta officio iudicis, non iure actionis, quoniam debentur quidam naturali æquitate dictante, sed nulla est obligatio que cogat secundum Surd. dict. tract. de aliment. tit. 3. quest. 1. sub num. 12. cum plur. seq. vbi tener contra Cor- dub. in l. si quis à liberis. in prin. nu. 58. tenens obligatione naturæ alimenta liberis esse præstanda, & sic iure actionis quando ex equo procedendum est, per l. si fideiussor. §. quædam. vbi Bart. ff. manda. Alex. consi. 41. volu. 3. nimirum quia æquitas magna in alimentis, & parentum affectus considerari solent, d. l. si quis à liberis, §. vtrumque, & §. si mater. de lib. agnos. Mascar. de probat. conclu. 76. num. 2. sed vel iure actionis, vel officio iudicis, iatis est quod & debeantur, & perij possint, & non est dubium quod etiam naturali ratione obligamur ad educationem filiorum. §. 1. instit. de iur. natu. gent.

gent. & ciuil. l. si quis §. sed et si filius. ff. de liber. agnos. Et ideo ad tollendas sapen numero Doctor. difficultates, solet in fine libelli poni clausula officium imploratio &c. de qua per Pap. in for. libel. in act. real. glo. Quatenus, & dixi sup. ante nume. 319. ver. & ex hac. & tandem si quis alimenta prebeat illi, quem alius pascere tenebatur ab eo vtili actione repetit. l. Nescennius, ff. de neg. gest. Bart. in l. alimenta. C. eo. Soc. consi. 161. vol. 2. Peregr. de fideicom. artic. 37. nume. 14. vbi datum nepoti, ait, repetibile esse à filio, nisi filius equè inops sit. non sic repetet filius, frater, vel alius qui pietate materna, vel affectione domestica alimenta, vel expensas fecit. tex. cum gl. in l. 1. C. de neg. gest. quod teneas perpetuo menti. vi. Alexan. ibi vltra alios. quia est pulcherrimus Cauca. Decif. 35. nu. 12. part. 1.

121 Et quatenus ad consuetudinem æquitas reprimat illam ne extendatur in odiosis, sed dumtaxat in fauorabilibus. c. odia. de reg. iur. in 6. idè quando consuetudo est præter legem, nam tantum habere dicitur de potentia, quantum habet de actu, & non plus, Bal. in c. 1. ante fin. qui seu. dar. poss. & Crauet. de antiq. tempor. 4. par. nume. 43. & Aret. consil. 44. vbi consuetudo, quæ est contra ius, non extenditur de casu ad casum, de loco ad locum, de persona ad personam. Tiraq. vbi sup. nume. 44. & 45. sed hoc procedit quando consuetudo, est magis rigorosa, quam ius, & introduxit pœnam, vel delictum, vbi ius commune, nec pœnam, nec delictum induxerit. secus si consuetudo restringat rigorem iuris communis, vt in pœna tallionis, de qua supra dixi. & in eo qui olim Syllabam mutabat cadebat à causa. vt not. in l. 1. C. de formul. & in petr. act. & in huiusmodi rigorose à iure communi, vel à statutis dispositis, si consuetudo benignior prouidet, sit extensio, vt latè in 4. part. dixi. & ideo concluditur quod in consuetudine benigna, & fauorabili Reip. laudabili, nequaquã onerosa, æquitas sum m opere locum habet. Doct. in l. minime. l. de quibus. ff. de leg. 1. C. quæ sit longa consuetu. Crauet. d. tract. de antiq. temp. par. 4. nu. 48. & 74. Roch. de Curt. tract. de consuetu. & si etiam consuetudo induceret aliquid noui, quod à iure communi non fuisset dispositum, tunc si non repugnat æquitati, tenet, sed si est exorbitans non tenet. vt si in eo qui offendit alium, consuetudo introduceret, quod offensum poneret se in manibus inimici, nam non valet, Bar. in l. 1. §. vsque in fi. ff. de iur. iuran. esset enim nutritiua peccati, & scandali quibus obuiandum est, nu. 236. p. 4. & nemo est Dominus membrorum suorum, l. liber homo ff. ad leg. Aquil. & qui talia facit in moralibus, & Politicis fateretur male fecisse. & dicitur quodammodo detegere turpitudinem suam, l. alias. vbi gl. ff. de iureiuran. & ideo consulentes duelliste, & huiusmodi mediatores caueant ab occasione scandali etiam quod offensus, solet (quodammodo) pacisci de nõ offendendo illum qui se resignauit in suis manibus. nam si non sunt bene securi, quod scandala non sequantur, abstineant omnino, sed quo ad pacem iniendam, & ad verba satisfactoria dandum, opus sanctum faciunt, qui mediatores sunt, & sanctius offensus, si sine multiloquio non ijs præambulis, sed amore Dei parcat inimico, & non facit peccata. Matt. 1. Luc. 6. Si quis te percussit in dexteram maxillam tuam prebe illi alteram, & qui vult in iudicio tecum contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei pallium, & qui te angarauerit mille passus: vade cum eo, & alios duos. Qui petit à te, da ei, & volenti mutuari à te

ne auertaris. & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. & prout vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite illis similiter. & non solum debemus remittere odium, & rancorem, sed tenemur etiam benefacere ijs qui oderunt nos, Luc. c. 19. vi. sup. sub. num. 39. vers. Hinc est. cum ver. seq.

\* Aequitas verò de qua proximè dictum fuit differt à dispensatione secundum Hostiè. in sum. in verb. Dispensatio. Nam dispensatio est rigoris iuris, per eum ad quem spectat Canonicè facta relaxatio. vt colligitur q. 7. §. nisi rigor alio modo dicitur quod dispensatio est iuris communis prouida relaxatio, vtilitate, seu necessitate pensata, secundum Spec. in tir. de dispensat. in prin. verum secundum Bolog. d. tract. de leg. iur. & æquitas. capit. 3. r. nu. 32. Dispensatio non est ex bono, & æquo interpretatio, sed à nexu legis excipere aliquem ex subditis, eique licentiam, & facultatem concedere sine quibus facere non posset, aut obtinere, sed esset obnoxius legi, quam iudex non potest concedere sed Princeps, vel eius vicegerens, Spec. d. tit. de dispensat. & dispensare non est contra legem facere (absit) sed contra verba legis, non autè contra legis sensum, pulchrè Paris. consi. 68. num. 121. & seq. uerum iudex talia facere non potest, nisi expresse facultatem habeat, sed æquitatem exerceat proprium iudicis est, facit Bal. in l. quicumque col. 5. vers. quarto casu. C. de ser. fug. vbi etiam tradit differentiam quæ est, inter dispensare, & eligere, & ibi ponit aliquos casus in quibus etiam iudici permillum sit dispensare, præsertim circa pœnas, sed re vera non est propriè dispensare, sed temperamentum adhibere vt per Tiraq. d. tract. de pen. temp. per tot. qui. in caus. si. nu. 150. in hoc propos. plura dicit car. 357.

122 Dispensare ergo est inhabilem facere habilem per se vel per alium, ad aliquid faciendum, dicendum, contrahendum, vel obtinendum, ad quæ per legem inhabilis esset sine tali dispensatione, l. Princeps. ff. de leg. vt puta circa atatem, legitimationem, testimonium, Magistratus, successionem, verum abductionem (quæ appellatur tracta foranea) aduersus lapsum temporis, iu integram restitutionem, ad beneficia, ad lites, ad iurium reintegrationem, & huiusmodi; Ad quarum omnium dispensationem, Princeps non semper sola clementia & æquitate mouetur, sed quandoque de stricto iure ob bene merita, ob seruitium, in remunerationem, ob propensam dilectionem, uel quia forte ab amicis compulsus sit, & quandoque nimia importunitate, uel etiam ad tollenda scandala, ut solet quandoque summus Pontifex dispensare circa affines, ut matrimonium contrahere possint, non obstante quod sint in gradu prohibito de iure Cano. & inter Potentates ob rationem status, pro seruitio. S. Rom. Ecclesiæ, quoniam Pontifex est supra ius positium & ex causa potest dispensare, an autem in primo & secundo gradu videtur quod non, vt est gl. sororis. 30. q. 3. c. placitum. ubi in ascendentibus tenent quod non, in collateralibus autem in secundo gradu. & ui. Borgn. Decif. 4. nu. 26. par. 2.

Præterea solet dispensari à Pontifice, quandoque ob sanctitatem personæ & eius maximam integritatem, quod laicus in episcopum assumi possit, c. statumus. §. ijs omnibus. 61. distinc. Barba. consi. 41. lib. 3. & quandoque boni mores præponderat eruditioni, sicut ingenium æquipollet memoria. c. qui ecclesiasticis. §. ecce. 36. distinc. tex. in c. nisi §. ne pro defectu. De renūciat. qua de re qui est morum irreprehensibilis, licet tantam scientiam nõ habeat



habeat est potius in episcopum eligendus quam alter. c. r. post princ. de sum. tri. & fid. cathol.

Hinc episcopi summo opere advertere debent ut admittant ad ordines sacros personas honestas, & benemorigeratas. Nam Agni, & non edii sunt de grege Dei ut in Euangel. Pasce oves meas. Pasce agnos meos. Io. cap. 21. & in tantum probitas vite prodest quod clerici ab alieno episcopo contra statuta factis initiati, si alias sint probabilis vite, possunt, imo debent à suo ipsorum episcopo recipi. c. tali. 19. per quem text. Traq. tract. de pen. temp. caus. 51. sub. nu. 150. plura tradit ad favorem vitorum, qui probitate & integritate sunt muniti & vi. quæ supra dixi de privilegijs probitatis. in 3. par. nu. 319. & in 5. par. nu. 40.

Item quadoque in certis casibus introductum est & solet consuetudine dispensari, vtilitas est, quoniam si per æquitatem scriptam, aut de stricto iure, vel consuetudine dispensatio fiat, quilibet obtinere potest, l. quæ propter necessitatem, de regul. iur. ut si gratiose aliquid concedatur, vel quada singulari causa, aut benevolentia Princeps moueatur ad dispensandum, tunc non potest egeris talis dispensatio trahi in exemplum. cap. quod alicui de reg. iur. in 6. quoniam hoc in casu gratia

123 & dispensatio pender à mera voluntate dispensantis, & ideo si non vult vni concedere, quod alteri concessit, non tenetur. Rot. Decis. 5. sub num. 3. Cavalca. Decis. 32. num. 10. par. 5. & gratiam facere dicitur qui facit quod facere non tenetur. Bolog. conf. 9. nu. 66. & est locus gratificationi, Specul. de in. id. q. vers. quod si plures & trad. casus glo. in l. si. §. 1. ff. de relig. & sumpt. funer. glo. in c. venerabilem. de elect. & maxime in eo qui semper bene vixit, nam anteposendus est alteri qui male se habuit. Arch. 12. Distinct. nos consuetudinem per c. statuiimus. 61. Distinct. nisi malus etiã in bonum verè conuersus sit, quia coadiuuari debet ijs largitionibus eius conuersio. ut per gl. 50. Distinct. De fidelibus. Ro. sing. in verb. gratificatio, ut habetur exemplum de filio prodigo, cui Pater vitulo saginato gratificauit, annuloque & stola prima, ac nouis calecamentis, de qua re, filius obediens qui semper bonus fuit de patris gratificatione se condoluit, Luc. in Euang. capit. 15. nihilominus suam portionem, is bonus non per hoc amittit. Et ceteris paribus semper locus est gratificationi ut in allegat. c. cum venerabilem de electio. At iudex aduertat circa gratificationem, ne in gratificando vni, nil vendicet odium contra alterum, aut premium gratificati impellat, ut hac de causa solent facere Advocatis, & Procuratoribus vnius partis, & de vendentibus sumum alias dixi in 2. par. sub. nu. 19. & in 5. par. nu. 69.

124 Et iudices qui tales se prestant tenentur ad damna & interesse versus partem læsam, eorum facto, aut dicto, ad hæc vid. Ludo. Carbo. tract. de restit. omn. rerum. q. 51. vltra ea quæ sæpè dixi in 5. par. vbi aduersus iudices, quos amor obæcat, timor usurpat, mali euentus tandem euenire solent. c. cū in iudicijs vbi Dy. de reg. iur. c. si quis. §. in arbitrarijs. 2. q. 6. in propof. Blanc. de cõpromiss. q. 11. sub nu. 18. ex quo oculo caliginoso æquitatem sequitur ut dicit Ias. d. l. quod si Ephesi. §. interdū. sub. nu. 3. ff. de eo. quod cer. loc. notaturq; digito, sæpè enim ille contra quem vox mala currit, postremus est scire, quid de eo alloquantur homines magni facientes errores (quamuis minimos) quæ de re omnes memoriæ mandare debent. cap. cum æterni de re iudic. & facit Bolog. de leg. iur. & equi ta. ca. 24. nu. 15. oportet enim iustitiam iustitiæ fir-

mam manere in manu constanti ut ex. D. Grego. in suis moral. cap. 20. dicente, Qui rectè iudicat iustitiam in manu gestat, in vtroque penso iustitiæ & misericordiam portat, ut iusto libramine quadam rigore corrigat, quadam per æquitatem indolosa dicitur abominabilis apud Deum & homines, & pondus æquum voluntas Dei est. Prou. cap. 11. & in c. non afferamus. 14. q. 1. Gugliel. Ro. uell. de iust. & iniust. lib. 3. c. 3. Et sicut homo dicitur perfectum optimum animalium ut in se. sub. nume. 310. ver. & in tantum. cir. si. sic qui in se, & alios iustus & misericors est, potest dici Deus inter homines iuxta illud homo homini Deus. verū si à lege separatus & a iustitia deuius sit, & amplectitur iniquitatem est profecto pessimus omnium Arist. lib. 1. Politic.

129 Nec iudex (cuiuscunque dignitatis sit) credat aliquid agere posse contra naturalem æquitatem, per quam euaque liberam, & amplam facultatē, quibuscunque uerbis ei datam, siue pro ut sibi uidebitur, uel pro ut existimauerit, aut pro ut sibi placuerit, uel sibi libuerit, uel etiam pro ut sensui, uel eius conscientia dictauerit. l. 1. & ibi glo. 1. ff. de cõf. ut dixi de ijs omnibus in prima parte.

130 Sed tenetur seruari regulas iurisdictionum pro ut dictum est, naturalem seruando æquitatem scriptam, l. quod si Ephesi. §. interdum. ff. de eo quod cer. loc. ubi Ias. nu. 3. allegat Alber. de Rosat. ibi. dicentem, quod non debet intelligi de æquitate cerebri na. ad trad. per Constant. Roger. De iur. interpret. uer. Duodecimo & ultra mo quarto. nu. 19. & sequ. tom. 1. tract. & propterea in 1. par. dixi sub nu. 25. & seq. secundum. 5. Impress. & nu. 30. quod iudex noster non habet liberam habenas, quandoquidem in terminandis rebus se gerere debet conformiter cum iure communi, statutis Patriæ & ordinibus, aut moribus, & consuetudine approbatis, & id in omnibus, & erga omnes, quod ualde consonū est æquitati. Ant. Mass. tract. de exercita. iuris prul. lib. 2. nu. 8.

131 Quo uerò ad interpretationem benignè faciendam circa æquitatem non scriptam, iudex tenetur adire Principem ut trad. Doct. in d. l. 1. C. de leg. ubi Salye. col. 3. uerf. oppono. 7. ubi dicit quod iudex pro speciali causa decidenda, item Doctores & Magistri pro legali causa influenda, item consuetudo pro populari uoluntate declaranda, seu cõfirmanda, & Princeps pro generali lege condenda est ad eundem, & intellige etiam in declaranda, corrigenda, abroganda, arctanda, aut proroganda, seu dilata da æquitatem ut per Saly. ibi. col. 4. post med. & intellige, & distingue, ut dixi in dicta 1. par. nu. 25. & 30.

\* Æquitas autem non scripta est, quando nullo iure pro parte illam facientis, & pro parte illius illam recipientis id suadet, sed quia sic facienti facere uidetur, circumscriptis meritis & demeritis recipientis, quia Principes dicit sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas, ut not. glo. in titu. de usucap. §. furtiua quoque in uer. Nam furtiuarum ite quando remouetur causa ab ordinario non suspēcto, quæ iam instructa est, & aduocatur ad se contra. l. ubi. ff. de iudic. ad effectum, ut uelo leuato expediatur. Item quando auferitur unum, & datur alteri: non enim est bonum discoperire, unum altare ad cooperiendum aliud. le. assiduis. C. qui potior. in pigno. & in omnibus casibus in quibus, & si vni prodest, alteri nocet, ut de iure iniquo plura scripti in 3. par. sub nu. 241. usque ad nu. 255. cum seq. Est & aliud exemplum quando succurritur ei qui

qui sibi necessitatem imponit. l. si fideiussor. §. pe. ff. qui satisd. cog. l. 2. ff. si quis cautio. l. sicut. C. de act. & oblig. unde si quis non ignarus nec minor malè agit, non meretur restitui, nisi ita Principi videatur, ex quo, nec æquitas, nec rigor suadet. vt l. 1. §. 1. ff. de quæstio. pulchrè Sfor. Ord. De restit. in integr. Par. 2. quæst. 91. artic. 3. nu. 26. dum loquitur in d. q. 91. in princ. de Indulgentia Principis restituentis deportatos, bannitos, rebelles & huiusmodi ex sola, & mera gratia, & liberalitate Principis præsupponit id, quod & nos, de æquitate non scripta quæ magis capriciosa à quibusdam appellatur quam gratiosa: sed in quæst. 92. artic. 2. nu. 17. ait quod hanc Princeps facere non deberet circa restituendos ad Patriam aliquem bannitum seditiosum, & populo infestum sine consensu populi, & subditorum suorum, loquitur in hoc de æquitate scripta, & honestate, allegat Fortu. Garzia. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 240. Similiter quando non concordata parte, Princeps indulgeret offensori. de qua re iam dixi sub num. 201. & 202. Et tandem. Quando Princeps utitur plenitudine potestatis. sine causa iusta, dicitur uti æquitate non scripta, vbi parcit, & indulget non parcendo, neque indulgendo. ar. l. in fundo alieno §. penul. ff. de rei vendic. nam potius expedit seruare rigorem propter exemplum mali vitandum vt 45. Distin. sed illud & infra dicam. vt si nõ parcat parcendo reprehensione dignus est infra num. 45 §. secus si parcat parcendo. At viceuersa si iubet puniri non puniendum, uel ex abrupto aliquid contra æquum iubet, dicitur uti rigore non scripto. Nam omnia iniqua exorbitantia & absurda sapiunt naturam rigoris non scripti, absurda sunt euitanda. l. Nam absurdum de bon. liberto. l. si. in princ. C. de vsur. l. diuortio, solu. matr. & sequitur quod dato vno absurdo, plura sequuntur. l. ratas. C. de rescind. vend. Hinc est quod peccatū quod per penitentiam non deletur, mox sua grauitate aliud ad se trahit. S. Aug. Si verò pœna & dispositio sit scripta quamuis exorbitans, tamen est seruanda per ea quæ dixi in d. 4. par. sub nu. 481. nam tunc dicitur rigor scriptus. & cur ita scriptum sit, non licet transire plus vltra.

Igitur circa æquitatem naturalem, canonicam, & civilem concludamus, quod prima dicitur æquitas simplex ut illa quæ prouenit à naturali dictamine rationis secundum Dec. d. l. in omnibus quidem. nu. 8. de reg. iur. qui allegat tex. l. quod si Ephesi. §. 2. interdum. ff. eo. quod cert. loc. per quæ dicit probari hæc naturalis æquitas informata à iure, non à proprio cerebro vt ait Alber. de Rosat. d. §. interdum vt refert las. sub nu. 3. in quo text. <sup>\*</sup> habetur quod iudex in actionibus arbitrariis potest non solum in plus, uel minus condemnare, sed etiam potest reum in totum absoluere. quod declara per ea quæ supra dixi sub nu. 111. 230. & infra 470. cum seq. quibus in locis dixi, quod in claris iudex sub prætextu arbitrii non potest arbitrarie decidere nec cogere partes ad compromittendum. Abb. in c. fi. nu. 7. de transact. sicuti prælatus non potest remittere ius ecclesiæ quod est clarum & liquidum. Caualea. Decis. 46. nu. 366. par. 1. nec in negotio ponere spiritualia clara. vi. supra nu. 68. secus in dubijs, quia vel absoluit in totum, uel mediam viam eligere potest, ut num. 111. & hæc equitas simplex est illa quæ supplet, ubi ius deficit sup. nu. 118. vt est etiam tex. in c. fi. ubi Cano. de transact. Nat. consi. 312. num. 12. vol. 2. secunda æquitas canonica, etiam supplet vbi æquitas civilis deficit. sub nu. 119. vers. alio autem modo, Tertia vero ci-

uilis est illa, quæ moderat rigorem legis benignè quæ interpretationem præbet, vt d. num. 119. & re primit consuetudinem ut nu. 121. Et tandè quanto minus quis est culposus tanto magis excusandus, & æquitatis tantum quisquis meretur, quantum quisquis æquus reperitur, & virtuosè operatur vt per Salyc. in d. l. 1. col. 1. C. de leg. & retributio fit iuxta mensuram fidei. Paul. Apost. & econtra, ubi maius delictum, ibi maior rigor seruatur. ut latè dixi in 1. par. nu. 52.

<sup>\*</sup> At sicut omnè rectum habet suum indirectum, ita æquitas habet suum contrariū quod est iniquitas æquitati contraria. Nam æquitas, protegit, defendit, moderat, corrigit, ampliat, & nutrit, iniquitas verò, omnia ruit, præcipitat, atque disperdit. vn de Dauid iniquos odio habui, & legem tuam dilexi Ps. 28. & uiri iniqui sunt abominabiles. vt Ps. 5. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus: & Apost. ad Cor. c. 6. iniquos Regnū Dei videre non possunt, & de iudicibus iniquis legitur in Historia Sufanæ. Daniel. cap. 23. & illi verè iniqui sunt, quos amor, odium, timor, aut pretium excecet, ut dixi in 5. par. cir. princ. & inique agere, est sine causa, & contra Dei voluntatem mala facere, quod in se ipsum peccatum dicitur esse & in proximum iniquitatem, S. Th. 2. 2. q. 33. art. 1. tex. in l. si pars. ff. de inof. testa. l. 1. ff. de inu. Sed non intelleximus in ijs terminis de illo iure iniquo, de quo in 1. Distinct. c. ius & ibi glo. eo. ver. ius, & de quo supra in 3. par. tractauimus sub nu. 243. cū seq. quia diuersum illud est ab hac iniquitate, quæ caret nomine iuris, & habet nomen impietatis, & refertur ad mentis atrocitatem. Archi. in c. 5. de iure iur. lib. 6. unde qui sunt rectæ mentis, utique sunt æqui, & æquitatis amatores, & per consequens boni, & optimi iudices, dixi nu. 158. & ibi. 237 240. par. 3. & valet consequentia, iniquus ergo peruersus. not. Archi. in ca. de testando. de concess. præben. lib. 6. & iniquitas dicitur foror absurdum <sup>132</sup> di a quo omne malum prouenire potest, in quo æquitas caret, vt ait Euerar. in Centu. loc. 8. lit. B. vbi econtra illud dicitur æquum cuius cōtrarium est absurdum, per l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. l. nam absurdum. ff. de bo. Damnato. & Euerar. se ibi valde condoleat, quod per hanc rationem obrinere non potuerit, quod extirparet illud vitium quod diu itrepit, ne officiales munera pecuniarū accipere possent, ex quo omne malum, ex susce- <sup>133</sup> ptione munerum prouenire dicit, & iustitia, nõ stat in recta statera, & æquitas, & rigor confunduntur, ad quod vi. quæ dixi in 5. part. sub nu. 35. cum seq. aliqui tamen sunt qui anserem tacite pilant, sed de malè quæsitis non gaudebit tertius hæres. Et in hoc proposito est tit. C. de contract. iudic. vel eorum, qui sunt circ. eos: & iuhiben. Donatio. in eos facien: & ne administrat. tempor. proprias ædes ædificent. In quo titulo Magistratibus tempore officij nec domus emere, nec extruere licet, quoniam, non solum non sunt sumenda munera ut supra, sed cauendum ne detur occasio suspicandi, quod si Principis gratia permissum est licite ac tutè fieri potest, sicuti domus propria ante officium possessa hoc fieri permittitur. nam rei suæ quilibet moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. manda. sed donationes recipere durante officio, non licet etiam ex permissione Principis de rigore supradicti tit. sed de æquitate secus est, hoc tamè adhibito temperamento, si donans post finitum officium ratificauerit, uel lapso quinquennio tacerit. l. eo. tit. quæ supradicta ad Magistratus Vrbis metropolitanæ pertinent, sed Prouincialibus Magi-

Magistratibus, nec Principe permittente, nec trāfacto quinquennio post officium, nec parte ratificante, nil supradictorum permittitur. vt in l. C. eo. & hoc idem dicitur de consiliariis, eius domesticis, & assessoribus vt l. 1. ff. de contrahen. empt. l. non licet, & l. qui officij causa. ff. eo. Hinc quam male olent opera illorum Magistratum, vel iudicum, aut assessorum, qui permittunt suis seruatoribus munera sub pallio accipere ab introeuntibus, morantibus, & egredientibus ab audientia Domnorum suorum & ipsi vendentes fumum, & portionem diuidentes cum eis, multo peius qui non curant palam munera recipi & scandalizant subditos, heu quam melius est in domo pauperū morari cum buccella panis, quam in domo potētum diuidere spolia, sic Salamo. Prouer. c...

Et legitur de illo iudice iniquo qui Deum non timebat & hominem non reuerbatur. apud Matthæ. cap. 24. & dicit, quod is iudex erat in quadam ciuitate (& non dicit in castro) qui nolebat audire viduam, & vindicare illam de aduersario suo, qui intra se dixit, & si Deum non timeo, nec hominem reuerbor, tamē quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo eam, & hic nota propriam iudicis passionem, non autem iustitię faciendę finem habuisse: vindicabo eam dixit, ne in nouissimo ueniens sigillet me: ecce timor iudicis, ait autem Dominus quid iudex iniquitatis dixit; Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum. Verum tamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem super terram. Videte, vigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit. & Luc. ca. 16. ait, Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est, & propterea dicitur in Euang... Euge serue fidelis, quia in modico fuisti fidelis intra in gaudium Domini tui, sic iudex tam in modico, quam in magno iustus, & equus esse debet, & audire libenter, & iustitiam facere absque premio absque timore, odio vel amore, pupillo, & viduę, pauperi & potenti, si vult ipsi misereri in die mala. Pl. 111. in memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit, & contra iudices venales & iniquos. vi. quoque tex. cum rub. De offic. Rector. prout ne. de quo meminit Caballin. milleloq. 711. p. 2. Nam in propria Patria exercere publicam administrationem non licet, nisi ex speciali Principis permisso nec commodo ipsius officialis tēdit: nam à communiter accidentibus nemo acceptus est in Patria sua, & suspiciones vndique nascuntur contra illū, qui si bonus & iustus est in suos sæpē iustitiam exercere cogitur, & angitur quotidie corde, & animo, at si iniquus est parcat non parcendo, & afflictionem dat afflicto, & tandem omnia super dorsum suum retorquentur, adeo quod asinus est qui ambit administrationem suam in Patria sua, merito Principes eligere solent officiales distātes à Patria, & liberos a parentibus, & cognatis. Sed potest esse arbiter, & amicabilis compositor, decurio, operarius, consultor, ac assessor, sed hoc periculosum, & tandem exercere potest officium super Grassia & circa alia respicientia bonum ciuitatis regimen.

## DE RIGORE.

134 Sexto & vltimo sequitur videre, quid sit rigor, & cum supra sub num. 131. vers. Nam omnia, dictum sit de rigore non scripto, hic oportune de rigore scripto dicendum est. Porro rigor

sua rectitudinis nomen accipit, ut legitur in Commentario Aegen. Vrbici in Iulium Front. in Cod. Theodosian. in pag. 173. vt ad alium propos. recēset Fabia. de mont. tract. de finib. regun. capit. 15. nu. 9. Igitur rigor est quidam excessus iuris, & quędā austeritas facta ad terrorem, vt per exemplum, non est prohibitum contrahere secundas nuptias tot. tit. C. de secun. nupt. nihilominus, si intra annum luctus contrahantur, imponitur pœna contrahenti. vt 31. q. c. hac ratione: similiter communio non est deneganda nulli fidelium secundum ætatem, & conditionem personarum quotiescunque confessus eam perierit, nihilominus si quis accusauerit clericum seu episcopum & defecerit in accusatione, isti accusatori communio non est danda, nisi in fine vitę, vt 2. qu. 3. si quis episcopum. quę duo exempla traduntur 1. Distinct. c. vt constitueretur in gl. Detrahendum, quę subijcit, quod rigor est idem quod subtilitas iuris vt extra de restit. spol. c. literis. & extra de no. op. nuntiat. c. intelleximus, sed additio. ad d. glo. tenet quod rigor non sit ius, sed excessus iuris, vt supra. Abb. vero in c. si clericus. ante nu. 2. videtur tenere quod rigor sit ordo, & forma iudicij, & ibi sub nu. 4. no. quod strictus ordo iuris, dicitur rigor iuris. de for. comp. Quandoque accipitur pro subtilitate iuris, vt iam de illis qui cadebant à syllaba cadebant à tota causa, vt C. de formul. vel hodie est de iuris subtilitate vt actor sequatur forum rei, vt per tex. & Abb. d. c. si clericus laicum. Sed quia placet in nostro accipere rigorem pro forma tradita à iure, à lege, à statuto & ab alijs constitutionibus, & rescriptis, vt in c. sit per literis. de rescrip. est tex. in l. Iulianus. §. 1. ff. ad exhib.

135 Hinc est quod ommissio formę vitiat actum. l. cum prator. ff. de transac. & in tantum est verum, quod forma ista per æquipollens adimpleri non potest. l. 3. §. 51. §. seq. l. qui per salutem. ff. de iur. iuran. Quinimo mo excessus vitiat formam, l. diligenter. vers. Nam qui excessit, ff. manda. Nisi excessus esset in numero. l. non sunt liberi. ff. de stat. hom. l. testamentum. C. qui testa. fac. poss. Signorol. consil. 17. vel nisi esset vtilius & melius Reip. per reg. quod vtile per inutile non vitatur. le. 1. §. illud. ff. de aqua. quot. & æstiu. dixi sup. p. 3. nu. 24. Secus quoad formam præcisē dictam ut infra dicam.

136 Et solemnitas formalis est adeo rigorosa, ut nil ei addi, nil ve detrahi possit per Bal. in l. vlt. col. 9. C. de suis, & legit. quę cum sit indiuidua minime diuidi potest ut l. hæredes palam. §. vlt. & in le. is qui. vbi Bal. ff. de testa. assimilaturque numo qui est indiuisibilis, alioquin diuisus formam publicā perdit, & pro numo nequaquam spendi potest. ar.

137 l. 1. ff. de contrah. empt. Et illud indiuisibile dicitur, vel indiuiduū. Cuius partes separatæ, mutant definitionem totius, & cuius integritas minui nō potest stante realitate ipsius subiecti, vt ait Bald. in c. 1. §. 1. col. 2. vers. sed quare dicitur. tit. de contrah. iuestitu. de feud. nec forma alterari potest, quamuis causa esset pia. las. consil. 191. placet mihi. col. 1. lib. 2. vel etiam si causa esset fauorabilis. Doct. in l. Qui Romæ. §. Flauia, de verb. obli. nec quidem in minima re. Cano. in c. Pisani. extr. de restit. spoliat. et per hanc utile per inutile vitatur, intellige, vt infra et actus nullus, nullo modo valet, nec vt valere potest. l. 1. §. si quis ita, de ver. ob. Diaz. Reg. 298. Secus in diuiduis, ut infr. nu. 372. et de ijs omnibus apud Tiraq. de retr. consangu. §. 1. glo. 21. nu. 11. 12. 13. et seq.

138 Hęc tamen regula declaratur habere locum circa formam publicam, et communem, et per l. 2. ff. de pact.

de pact. & quando illi qui formam dederunt, & expresse mandauerunt ad vnguem seruandam, & quod per æquipollens adimpleri nequeat, & fiat prout littera dicit, ad trad. per Doct. in l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhiben. & vi. qua dicam. inf. nume. 490. Item declaratur, quando lex ab initio resistit, & annullat actum, l. si non fortem in principio. iuncta glo. & ibi Barto. ff. de condictio. indeb. cum alijs iuribus adduct. per Rip. d. l. r. §. si quis ita, sub nume. 32. de verb. oblig. quem vi. à nu. 23. vsque ad nume. 33. quia dat multas declarationes, quas si recenserem nimis prolixus essem, possent dari exempla de forma testandi, & de numero testium, quamuis controuersum sit, an numerus testium sit de forma substantiali, vel probatoria. & Ias. in l. r. ff. de cond. indeb. nu. 17. vbi tenet cum Ultramont. Bar. verò ibi & Bald. in l. r. C. de sacr. sanct. eccl. tenent contrarium. Sed ipse dico quod totum testamentum simul cum voluntate, & numero testium dicitur de forma substantiali, & quod vnum non potest stare sine alio in voluntate solemniter formaliter exceptis quibusdam casibus, idem in codicillis, atque de contractibus, de quibus passim dicitur inf. interim vi. Alber. Bru. in tract. de

140 forma, vbi ampliationes, & limitationes, & tradit quis possit dare, aut tollere formam, & an solemnitati formæ renunciari possit, Gabriel. tenet quod non tit. de clausul. irritant. conclus. 3. nume. 22. licet dicat contrariam partem veriore esse, nume. 23. 24. & seq. vi. inf. sub nu. 143. Verum, sicuti qui potest facere legem, illam tollere potest, leg. eius est. de reg. iur. ita qui formam dedit, eam tollere potest, vt ibi & leg. Princeps. ff. de leg. cum concord.

141 Sed aduerte quia non omnis solemnitas est for- malis: nam solemnitates leues non intelliguntur datæ pro forma, l. quamuis. ff. de cond. & demon- strat. Caualea. Decif. 23. nu. 4. §. 6. p. r. vbi limitat, quando requirunt iuramentum, si similiter si post traditum modum faciendi actum, in fine posita sit clausula, & omni meliori modo, Rip. dicit. §. si quis ita. nu. 27. de verbor. obl. at solemnitates, quæ sunt de actibus iuris sunt seruandæ, nisi æquitas aliter suadeat. Rom. consi. 430. versi. modo.

142 Et multum interest quod forma sit data affir- matiue, vel negatiue. Nam primò casu obligat, sed non ad semper, quando scilicet adesset legitima causa ne talis rigor obseruaretur, & æquitas patro- cinaret illi qui ex causa formam non seruauit, vt per glo. in c. non debet. de consangu. & affinita. l. de arate. §. quod autem, de inter. act. facit Dec. cõ- si. 334. Secus si forma esset tradita negatiue, quia obligat semper ad semper, ad trad. per Rot. Decif. 10. num. 2. alias. Decif. 840. de consuetu. vbi in ma- teria præcepta affirmatiui, & negatiui, quamuis in materia spiritali, vt per Abb. in c. nouit. de iudic. Aneh. in c. quod quidam. de pen. & remissio.

143 Hinc est quod si statutum dicat non possit hoc & hoc fieri, nisi seruata certa forma, tunc dicitur denegare potentiam. glo. in c. r. in versi. potest. de reg. iur. lib. 6. Bar. in l. si. nu. 7. & reliqui post eum, ff. de fer. idem in l. Gallus. in prin. vbi Ias. nume. 17. ff. de liber. & posthu. & in l. de ijs. nu. 4. ff. de transact. dicens quod per hæc verba (non possit) actus resistit, & denotat impossibilitatem, & resi- stentiam, Ias. in l. non dubium, C. de leg. idem in l. stipulatio ista, nume. 17. de verb. obl. Alciat. in l. Nepos Proculo. nume. 6. eodem tit. vbi hæc verba (non potest) præcisam necessitatem inducere, ait, & generaliter omnem modum remouet, & vbi remouetur potentia, ibi ipso iure, & facto actus

est irritus. Soc. consi. 33. column. fin. lib. 16. Quæ sunt notanda, quia deseruiunt ad multa, circa pri- uilegia, statuta, rescripta, & huiusmodi. & secun- dum hæc obtinui in Rota Flor. anno 1601. die 5. Septembris ad fauorem Iacobi de Vecchijs, con- tra Meniconem de Serzana, ex quo Iacobus in quadam Apodixia crediti non potuit uti miles militiæ Serenissimi Magni Ducis renuntiare pri- uilegio capitulorum militibus concessio.

\* Et ideo quando forma est tradita circa omnes solemnitates actus intrinsecas, & extrinsecas, illa forma omnino, & ad vnguem est seruanda. l. Ma- uis. & l. si hæredi. in fin. ff. de condit. & demonst. Nec parcat rusticitati, ætati, sexui, militiæ, nec cui libet aliæ qualitati, aut conditioni formam trans- gredienti. pulchrè Tiraq. de retract. conuentio. §. 4. glo. 6. nu. 30. 31. in fi. & num. 32. 33. & intellige in ijs, quæ sunt introducta ad seruandum iuris rigorem. per glo. Bar. Bald. Cass. & alios in l. cum quis. C. de iur. & fac. ignor. Tiraq. d. §. 4. glo. 7. nu. 15. & 16. adducit quædam exempla, vt de emphy- teota, qui cessauit triennio soluere canonem. de quo per glo. in l. iuris. la. 2. ff. de iur. & fac. ignor. & de muliere, quæ non fecit inuentarium, vel si fecit fraudulenter fecit, & paria sunt non facere, vel fa- cere non bene, aut legitime, vel debito modo. leg. quoties. ff. qui fatidat. cog. l. r. §. penul. ff. quor. leg. Similiter de rustico, qui cum potuerit consulere peritiores, noluit, l. bonorum. ff. de bon. poss. l. qui- cunque. vbi Bal. & Saly. & Ias. C. qui admitt. & de muliere, quæ inf. annum neglexerit petere inue- stituram. trad. Bald. in tit. de prohib. feud. alienat. per Feder. ca. r. §. præterea si quis similiter, de alienante feudum sine consensu Domini, Ias. in l. fin. C. de iur. emphy. Idem dicitur contra non soluen- tem Gabellam, quia non attenditur æquitas, sed ti- gor, ex quo fauetur Reip. Salyc. in l. placuit. in fi. C. de iudic. vnde Gabella est de iure gentium. cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. Paul. ad Rom. c. 13.

\* His omnibus casibus, forma non seruata, nullus excusatur, sed non per hoc deneganda est restitu- tio in integrum, quæ ab æquitate scripta descendit. tot. tit. de in integ. restit. Tiraq. d. §. 4. glo. 6. num. 18. De retract. conuentio. l. doli clausula. de verb. obli. Sfor. Oddus in suo tract. de restit. in integ. Pat. 2. q. 91. artic. 1. Nam hæc restitutio ijs casibus conceditur ex gratia, indulgentia, & misericordia Principis tantum, & non per viam iustitiæ quæ di- ligit rigorem vt filium, vbi expedit. vt sup. num. 31. nimirum quia versatur circa æquitatem non scriptam, quam solus princeps inspicere debet, & potest, & non alius. vt dicit Salyc. dicta le. prima, cir. princip. C. de leg. & infra sub nume. 149. versi. tandem.

\* Et in proposito restitutionis alias dixi, circa be- neficium confessionis, quod quando quis fateatur delictum, remittitur pars pœnæ, vt in 4. p. sub nu. 83. idque non habere locum quando pars primo negauit. Nunc dico quod de æquitate. conceditur restitutio: Nam à communiter accidentibus omnes delinquentes negare solent timore pœnæ, & ideo si postea fateantur spontè, & non coacte per vim, aut metum, deberent restitui quæ ante litis con- testationem fatentur, & talis restitutio saltem ope- ratur ne ob negationem pœnæ augeatur, secun- dum distin. Alber. Bru. super 3. vol. statuto. in ver. confessio. nu. 25. vbi statutum dicit, & per Bald. in l. error. C. de iur. & fac. ignor. sed aduerte quod nõ sufficit fateri delictum, nisi etiam qualitates confi- teantur delictum aggrauantes, vt ibi dixi.

144 Præterea rigor accipitur pro stricta iuris obseruantia, vt per Abb. in capit. si clericus de for. compet. & iam dixi per gloss. 1. in cap. 1. vt constitueretur vbi Abb. & Arch. in verb. Detrahendum, 50. distinct. quod intellige tam in odiosis quam in fauorabilibus facit illud Apost. ad Rom. cap. 13. cui timorem timorem, cui honorem honorem, & capit. 3. scimus quoniam quæcunque lex loquitur, ijs qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mûdus Deo: rigor quippe qui requirit, vt obseruetur illa dispositio quæque sit, ad quam tamen obseruantiam arbitratores non sunt adstricti, quia secundum æquitatem eliguntur, & non secundum rigorem, secus in arbitris, vt per Menoch. de præsumpt. libr. 2. præf. 76. nume. 10. & rigor iuris scripti seueritatem sapit. l. compensandi. C. de hæred. institut. & l. nulla vbi Doct. omnes. ff. de leg. vi. infr. sub num. 151. vers. hinc Abb. vbi quando prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.

145 Caterum de seueritate in interpretatione sententiæ, in qualitate iudicis, & in conseruatoribus legum trad. Tiraquel. dict. tract. de retract. confanguin. §. 35. gloss. 1. nume. 17. vide supra num. 16. 17. & 18.

Item officium fisci est rigorosissimum, quoniam fiscus capit, rapit, aufert, & occupat, & prius dicit solue, postea repete. leg. ad fraudem. §. redde. C. ne fisco. vel Rep. ec. l. 1. ibi terrore. ff. de concuss. l. si. C. de discuss. & tor. tit. De conuenien. fisco. debet. & de hoc latè per Peregr. per tot eius tract. de iur. fisco. & Bald. in capit. 1. colum. fin. extr. de iur. iuran. dicit quod fiscus nil aliud est quam subditorum calamitas & inter priuatos seruatus talis rigor: nam si pro vna parte debitum est liquidum, & pro altera parte non, & incontinenti liquidari non possit, tunc liquidum per illiquidum non retardatur. l. si. & ibi scrib. C. de compensat. cum sim. Soc. reg. 85. Cauca. decis. 9. nume. 11. decis. 35. nume. 14. part. 1. & vi. in hoc propos. quæ dixi in 5. part. sub nume. 60. vbi adduxi. Curt. iunior in leg. si quis in conscribendo. num. 47. C. de pact.

Item statuta quæ reijciunt exceptiones appellæantur valde rigorosa, quasi æquitatem (à qua exceptiones nascuntur) banniantur: & exceptionum duæ sunt species, vna qua exceptiones dicuntur de apicibus iuris, altera quæ tendit ad defensam naturaliter. De prima dicitur quod exceptiones de apicibus iuris sunt illæ, de quibus bona fide disputare non conuenit. l. si fideiussor. §. quidam. ff. manda. Af. de execut. §. 2. cap. 22. nume. 6. ceteræ sunt planæ. Nihilominus, æquitas est adeo potens, quod non timet banniri, & pedem figit in exceptionibus quæ ab alijs statutis proueniunt, Bart. in l. 1. §. parui. ff. quod vi aut clam. Rim. consil. 119. vol. 1. Claud. reg. cri. 20. cum plur. sequen. Nec impediunt quo minus exceptio innocentia non possit opponi. Cano. in cap. ex parte, de offic. deleg. Clar. §. 1. quæst. 50. Cassa. consuetu. Burgun. §. si. vers. addo. Nec exceptio impotentia quando statutum requirit personalem comparitionem. Bart. las. & ali. in leg. 2. §. quod diximus. ff. si quis caut. facit Afflict. decis. 29. nemo enim ad impossibile teuetur vul. iur. Item poterit implorari officium iudicis, quod oritur pariter ab æquitate vt supra num. 118. vers. & ex hac, Angel. in l. planè. ff. de except. Petr. San. sing. 63. las. in l. 1. ff. de iurisd. omni. iud. Af. de pract. §. 31. cap. 33. Et poterunt opponi omnes alie exceptiones quæ sunt de iure naturali, & diuino, vt citationis defectus, Anch.

consil. 212. Marfil. consil. 8. nume. 34. Nec tollunt quo minus possit peti restitutio in integrum, Bald. in l. in causa. ff. de minor. Soc. consil. 299. vol. 2. Af. de pract. §. 31. qu. 52. vbi limitat nisi dictum sit, sed Sforz. Od. de restitu. in integ. q. 15. art. 1. num. 4. videtur tenere quod nec expresse statuta tollere possint ea quæ sunt fundata in naturali æquitate, vt est restitutio in integrum per text. §. sed naturalia, institut. de iur. nat. gent. & ciuil. licet postea se retractet per Doct. Bart. commu. sequutam in l. cum hi §. si cum. ff. de transact. cum alijs ibi adduc. & tamen adhuc loquitur de eadem materia. q. 42. artic. 6. sed non est dubium quin hoc statutum non sit valde rigorosum, quod octo modis ipse limitat, & ad statuta reijcientia exceptiones generaliter vi. Bonacoss. in suis quæst. crim. in ver. exceptio. & Af. de d. §. 31. cap. 21. vbi per multa capitula limitat multis modis ad quem me remitto.

\* Et quando statutum reijcit omnes exceptiones contra instrumentum, debet intelligi de friuolis, & de ijs quæ competunt de iure communi, non quæ iure speciali, & de ijs quæ sunt iuris, & non facti, vt per Af. de loc. sup. cit. & Sforz. Od. dicto tract. d. q. 42. nu. 27. 29. & 30. adde exceptionem solutionis quando statim paratus est opponens docere de solutione, Bal. in c. pastoralis extra de appell. Af. de execut. §. 2. cap. 22. nume. 4. Verum si statutum dicat quod solutio non possit probari nisi per instrumentum, nihilominus adhuc probari posset per testes, per ea quæ dixi (adhuc ad plura) in pract. de test. p. 3. sub nume. 31. & 32. nec dissentit Af. de execut. §. 5. cap. 42. nu. 12. idem §. 1. c. 23. num. 1. & in summa not. quod statutum reijciens omnes exceptiones, vel dicens ad fauorem priuatum quod non possit quid fieri, aut probari nisi eo modo quo dicit statutum, si non obseruetur & contra fiat, & non opponatur, tunc statutum non habet locum vt in l. patre furioso vbi las. infert ad multa. ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. possem innumerabilia ferè iura & authoritates adducere, sed consulto omitto, satis est indicasse quædam loca pro nunc, in quibus iura & authoritates in hac materia inuenies: & quo ad rigorem seruandum circa executionem contra debitores rigorosum est aliud statutum per quod reijcti excussio vt Flor. libr. 2. rubr. 59. de quo suo loco dicam nu. 216. & in sacra pagina legitur de illo seruo nequæ & iniquissimo cui a Domino remissum fuit omne debitum: at ille noluit conseruo suo nec dimittere, nec expectare parumper vt ei solueret, sed tenens suffocabat eum dicens solue quod debes. \* Marc. euang. cap. 18. Hinc habetur quam rigorosum esset, quod mora purgari non posset, & quod mora vnius noceat alteri, & mora filij noceat patri, vt trad. Dec. Cagnol. & alij in l. in condemnatione. §. vnicuique de reg. iur. Doc. in l. mora. ff. de vsur. & dicam infr. sub num. 394. 516. 532. & 533. 568. Af. de execut. §. 1. c. 25. §. 3. cap. 17. §. 6. c. 38. §. 7. cap. 82. scias etiam quod si principalis exceptionem non deduxerit sibi competentem, quod eo etiam inuito poterit deduci per fideiussorem, excipiendo, non autem agendo, Marf. dict. rubr. de fideiuss. nume. 268. per Bald. in l. ram mandatori colum. vlt. Cod. de non nu. pecu. vnde exceptionem non nu. pecu. & vsuræ opponere potest inuito principali.

146 Rigorosa est etiam dispositio l. generaliter cum sim. ff. manda. & Doct. in l. à procuratore. C. eo. & in tantam sunt strictè interpretanda mandata quod nec etiam extendi valeant ad casum minoris rationis, vt per Bero. consil. 61. nu. 20. li. 2. vi. inf. nume.

num. 250. 480. 618. 579. 578. cum seq. sicuti etiam fines delegationis sunt seruandi, nec vltra eorum limites egredi potest, Rimin. iun. consi. 355. num. 24. cum seq. vol. 4. Cauca. decis. 46. num. 113. & seq. p. 1.

Et rigorosissime etiam sunt ordinationes, edita, præcepta: & alia huiusmodi, quibus iubetur vt vnus teneatur pro alio, pater pro filio, ut part. 2. nu. 39. villa pro damno dato, vt tetigi in 4. par. sub nu. 139. & 253. & alibi & nunquam esset dare finem, si omnia quæ stricti iuris & rigorosa sunt, recensere vellem: hæc tantum exempli gratia attingere risum n. ihi est.

Et quamuis rigor dicatur excessus iuris ut supra circa definitionem dixi, tamen quando excessus est nimis, transit in austeritatem, & crudelitatem, vt in 4. par. cir. princip. dixi. vnde multæ leges & multæ species pœnarum, per contrarium vsu sublatae fuerunt, vt in d. 4. part. sub nu. 18. & sæpè de illa pœna talionis (dixi) quæ inuenta fuit à quodam iudice nomine Radamato, & tenta a Pythagoricis, de qua loquitur tex. in §. pœna instituit. de iniur. equidem crudele nimium, atque inhumanum erat, quod daretur Dens pro dente, oculus pro oculo, & membrum pro membro, vltra quod non erat iustum quod tantum puniretur ille, qui (puta) Principem percussisset, quantum si priuatum & vilem hominem percussisset. Et nihilominus res clara & iuridica est, quod qualitas personæ faciat augere, vel minuere pœnam. Titag. de pœn. temp. caus. 51. nu. 12. & 13. & dixi in prima par. sub nu. 54. cum mult. seq. & in 4. par. sub nume. 79. & 85. cum seq.

147 Quid dicendum de illo rigore, per quem (olim, qui cadebat à syllaba cadebat à tota causa) vt alias dixi, & origo erit quoniam Prætores Romæ, multis implicitis negotijs, priuatas causas non iudicabant, sed litigatoribus tantum petentibus iudices dare solebant, vt in l. placet. C. de pedane. iudice. Prætor ergo, statuta die vocatis ad se litigatoribus, vsque summam auditis formulam quandam ex proposita causa concipiebat (quam nos punctum decidendum diceremus) quamque formulam Prætor ad Pedaneos iudices mandabat, ut litigatores defferrent, & in quibusdam iudicijs strictè in ea ferè verba, quibus contrahentes vsi fuissent, aut in alia ex natura rei includebat, vt iudici fas non esset ab eius præscripto ordine discedere, etiã si forte id equum censeretur, qua de re qui cadebat à syllaba cadebat à tota causa, vt de hac re trad. Couarru. var. resolut. in 2. par. §. 6. sub nu. 3. vers. sed adhuc, & ob id quia litigantes tali occasione nati alter alterum satagebant decipere, sicut auceps studet capere aues in laqueo. Ideo Constantinus Imperator funditus hunc rigorem abrogauit, ut d. l. 1. C. de formul. & impetrat. & ibi gl. similiter sublatus est rigor contra plus debito petentem, quoniam olim amittebat creditum hodie correctæ fuit dispositio illa vt in §. si quis agens, institu. de act. vbi Iac. latè. Hinc vtinam, qui superiores sunt hanc utilitatem eicerent, quod etsi à statutis, & ordinibus in quibusdam causis non solet concedi appellatio, nec reuissio, & quando causæ sunt ceptæ coram iudice suspecto valdè, ne sub prætextu rei iudicatae deneger audientiam indebitè condemnatis, nec desinat causam iudicari à viris iniquis, quoniam aures Principis sunt semper exclusæ ab huiusmodi rigoribus, immo solent Principes retractare quod perperam, quodque iniuste factum esse reperitur, vt latè dixi & aures aperui supra in §. part. sub num. 60. Germaniæ in xta impress. nouis-

simam vers. Et tandem, & vers. & postquam est bene verum, vt ibi dixi quod non decet pro quid minimo semper dare subditis aditum, sed officiū, & discretio pari passu ambulant, sicut ambulant rigor, & æquitas, vt alias dixi, insuper rigor legis habet locum, vt in l. si quis in tantum. C. vnde vi. secus de iure Canonico, nisi in rebus ecclesiarum glo. in c. 1. de dol. & contum.

148 Rigor autem diuinæ iustitiæ ante aduentum Messia filij Dei viui, immensus erat, & illum significabat iura in arca reposita, adeo quod Deus Zelotes, Deus vltionis appellabatur, qua de re Propheta Dauid rogans eum dicebat, Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me, Ps. 36. & 37. & sæpè per Angelos strages populorum maxima fiebat, ob peccata eorum, quia Deus non est acceptator personarum. Apost. ad Roman. cap. 2. ad Gal. cap. 1. ad Ephes. capit. 6. & capit. nouit. extr. de iudic. & cui vult miseretur, & quem vult indurat: vnde timeant valdè illi qui sunt duræ ceruicis, ac singularis opinionis: idem Apost. ad Rom. capit. 9. & 19. distinct. De Iudeis, & vsque ad cogitationes quæ ad aliquem actum exteriorem non perducuntur, punit. vt supra dixi nu. 9. facit text. in leg. si quis. C. de episcop. & cler. & l. si quis. C. de fur. cogitatio enim mali prout desiderare malum est peccatum vt in tit. de pœn. distinct. 1. c. vulgaris. §. cogitatio 41. distinct. hinc & 6. distinct. testamentum. & in decalog. non me chaberis, non concupisces: quia de iure diuino nullum malum impunitum remanebit, secus de iure ciuili vt l. cogitationis. ff. de pœn. l. 1. in fin. ff. quod quisque iur. At si peccator à via sua mala diuertit, tanta est bonitas eius figurata in illa mânia, quæ simul cum virga in arca Dei custodiebatur, & talis elementia, & æquitas Dei, qui per Iesum Christum eius filium Dominum nostrum, parciit, & indulget, est Deus suapte natura clemens, & pius, vt in Exod. capit. 33. & de pœni. distin. 1. cap. quia diuinitatis, & misericors & iustus. Psalm. 114. & de pœnit. distin. 1. cap. quem pœnitet. & de filio Dei dicitur, Deus iudex iustus, fortis, & patiens nunquid irascetur per singulos dies? Ps. 7. certè cum re probis irascetur, at cum hominibus in via exoptans eos ad penitentiam, non irascitur. De pœnit. distin. 1. cap. quam obrem. Sed timendus, quia Deus Hebraicè, & latinè dicitur timor. Calep. d. ver. Deus, Alber. in suo Dictionar. eo. ver. vbi allegat Arch. 11. quæst. 4. existimans, qui timor vsque apud gentiles cognoscebatur. Primus in orbe Deos fecit timor, vt de Papinij dicto Ambro. Cal. loc. cit. ait, & Cicer. de Arusp. resp. dicente, quis est tam Vecors, qui cum suspexit in cælum, Deos esse non sentiat? Sed posset um sacra pagina responderi, dixit insipiens in corde suo non est Deus, & in hoc incurrunt, qui confidunt in mundana sapientia, quia dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt ad Roman. capit. 1. Nonne stultam facit Deus scientiam huius mundi? & paulo ante, Perdam sapientiam, & prudentiam prudentium reprobabo. 1. Corint. capitul. primo. vnde qui ad pompam, & non in humilitate & sinceritate fidei, nec zelo animarum & earum salutis, prædicarunt, facti sunt stulti, & inter hæreticos Gineuriæ morantur, sic de alijs huiusmodi, quorum Babylonia confusionis est patria: sic deuiant carnales, quorū Deus venter est ad Phil. cap. 3. similiter & auari idolorum serui ad Ephes. cap. 5.

149 At abhorret potissimū ille Tyrānic. modus Pag. idolatrarūq; angustia plenus, magis Bellunus quā

humanus, vt tempore primitiuae ecclesiae, licet à Deo tunc permissus ad augmentum, & perfectionem fidei Christianae, cum fideles tãquam aurum in fornace probatiores fiebant per patientiam, & eo magis refulgebant, & refulgent in conspectu Dei. Apost. ad Rom. c. 5. & 12. 1. Cor. c. 4. 2. Cor. c. 4. & 6. Ephes. c. 3. 1. Thessol. c. 1. ad Phil. c. 1. ad Heb. cap. 10. & 11. exhibebant Martyrio membra sua gaudentes in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, et in vigilijs, vt primo Cor. c. 6. quamuis etiam hodie apud Indos, & in partibus infidelium similia tormenta patiantur, quae si pro fide Christiana pati oportet, gratias agamus Domino Deo nostro. Non enim timebant Martyres Dei comparere coram iudice inimico, quoniam magnum Aduocatum habent in caelis Iesum Christum filium Dei. ad Hebr. c. 4. Qui docuit eos quid respondere debebant Tyrannis, Dabo vobis (inquit) os & sapientiam cui non poterunt resistere Aduersarij vestri, Luc. cap. 21. Verumtamen qui ita constantes non sunt, & negotijs secularibus sunt impliciti, iura humana docent, vt refert Bar. in tract. de Tyrann. col. 7. vers. vndecimo, nec quis temere compareat coram iudice sibi inimico, sicuti nec cogi potest. vt dixi in 3. par. num. 312. vsque ad fi. & Luc. cap. primo, ait vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, sed Dominus noster nos admonet, ne timeamus illos qui possunt occidere corpus, sed illos qui & corpus, & animam occidunt. Luc. capitu. 12. vi. infra sub nu. 161. versic. & quoniam.

Tandem non desunt multo rigore, quae irriter, vindicta, passione, & praua intentione fiunt, nam & si rigor scriptus sit, nihilominus iudex mundus esse debet à praedictis, alioquin non erit iudex, sed minister iniquitatis, & si rigor non sit scriptus, non debet a suo capite introducere rigorẽ certico sum, sed expedit adire Principem, qui potest & aequitatem, & rigorẽ minime scriptum ex causa inducere, vt praedixi, & facit Saly. in d. l. 1. C. de leg. 150 & Senatusc. quia solus Imperator, vel solus Princeps non recognoscens superiorem facit aequitatem, & rigorem non scriptam, vel non scriptum, sed iudex, nec scriptam, nec non scriptam non facit, sed sequi illam, vel illam debet vt inf. & trad. Doct. c. quoniam contra. de probat. Saly. d. l. 1. C. de leg. & saepe errant Magistratus, qui volunt arbitrari, vbi habent legem scriptam, & seducunt se ipsos, & alios, & quod peius est irriter animo vindicatio, et passione pleno, nimirum si aufertur ab eis regnum, & derur genti facienti fructus in tempore suo, & ij tenentur poena concussionis. de qua in l. 1. ubi gloss. ff. de concussion. Nam aequitas, & rigor pari passu ambulare debent. l. si me, & Titium ff. si cer. pet. Doct. in l. placuit. C. de iudic. At Deus omnipotens nos liberet à causis pectoralibus, ideo legitur quod Dauid rogabar Deum ut illum liberaret à viro iniquo, & doloso. psal. 42. & psalm. 38. auxilium diuinum petebat, quia vim patiebatur, & psal. primo, felicem esse, ac Beatum illum uirum, dicit, Qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit.

Nec mirandum si loca sacrae scripturae, tam saepe allegentur, quando quidem subiecta materia rigoris, & aequitatis postulat, ut etiam reperi penes Bolog. d. tract. de leg. & aequita. ita factum esse, praefertim in cap. 27. sic penes Constant. Roger. de iusti. & iniusti. per tot. & si ipsi non allegassent, ipse

\* non deficiam, ideoque secundum subiectam materiam dico, quod si dispositio legis est fauorabilis, & extensua, vtique interpretatio, fauorabiliter, & extensue est fienda: si uero est stricta, & rigorosa, tunc strictè, & rigorose interpretari debet, l. plenum. §. equitij. ubi Bart. & caeteri. ff. de usu. & habita. ubi Bald. omnes in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. cano. in c. fin. de rescr. & de extensione est tex. in l. regula. §. fin. & ibi Bar. & Bald. ff. de iur. & fac. ignor. l. secunda, §. si mater, ad Tertull. & ratio utriusque est, quia ratio legis, uel canonis, est anima legis: unde sicut anima dominatur corpori, ita ratio legis, uel canonis dominatur uerbis, l. scire leges, ff. de leg. l. si cum mulier. & ibi Docto. ff. solut. matr. & uerba sunt intelligenda secundum subiectam materiam, l. si vno anno. ff. locat. ergo fauores ampliandi, & odia restringenda sunt, l. cum quidam. de lib. & posthu. c. odia. de regu. iuris, cum simil. alioquin in materia Dotis, alimentorum, defensionum, libertatis, gratiae, vel beneficij, pupillorum, viduarum, pia causa, & huiusmodi, quae sunt fauorabilia, si strictè, & rigide illarum dispositionem interpretaremur, equidem contra regulas, & terminos iuris procederemus, & e contra, in poenis, dispositionibus correctorijs, exorbitantibus, in fideiussionibus, praescriptionibus, vsucapionibus, & in integrum restitutionibus, & similibus, & in omnibus actionibus stricti iuris regulariter, in quibus quicquid omittitur à uerbis, habetur pro omisso, le. quicquid astringenda. & ibi latè Barto. de uerborum obligat. vi. Ias. de act. §. actionum, nume. 57. & in ijs, quae non sunt delicta de iure communi, sed statutorio, si interpretationem extensiuam faciemus, inique & iniuste iudicaremus. Sed de hac materia dixi supra in quarta par. sub nume. 381. vsque ad fin. d. 4. par. & latè per Euerrar. in sua Centur. arg. 54. & 55. vbi vide. Expeditis itaque de tractatu legis, iustitiae, iuris, iusti, aequitatis, & rigoris, restat nunc videre, quando aequitas praefertur rigori, & rigor aequitati, & quando utraque concurrant.

151 Porro constituenda est in primis regula communiter approbata, & à nemine, quem uiderim, improbata. Quod aequitas sit praeferenda rigori, l. placuit. & ibi scrib. C. de iudic. l. si tibi pecuniam, in fin. ff. si certum petat. l. si tibi, ff. de donat. text. in capitu. fin. de transact. vbi Abb. & alij, in capitu. disciplinam, decima quinta distinc. & Abb. in dicto capitu. ex parte, recenset opin. Bart. & aliorum de quibus in dicta l. prima. C. de leg. & Senatuscon. Dec. in l. omnibus quidem, nume. 4. de reg. iur. Cagnol. in l. in ambiguis. §. quoties aequitatem, numero 2.

Quam reg. Docto. in tria membra declarat, primo quando, nec rigor, nec aequitas scripta sunt aequitas praefertur rigori, vt per Saly. dicta l. placuit, colum. secunda, Cod. de iudic. & latius infra dicam, secundo quando alterum est scriptum tantum, alterum non, tunc illud quod est scriptum, siue rigor, siue aequitas praefertur, per leg. prospexit, ff. qui, & a quibus. tertio quando utrumque reperitur scriptum, tunc attenditur aequitas, capitulo, in obscuris, capitu. in poenis, capitu. in iudicijs, cum simil. de regulis iuris. At Saly. in dicta l. placuit, sic distinguit de mente Oddofred. & aliorum, columna secunda, oppos. prima. Aut rigor & aequitas inuicem concordant, & utraque seruatur, dicta leg. si me & Titium, ff. si cer. pet. & facit glo. in d. l. placuit. aut rigor, & aequitas inuicem discordant, & tunc aut utrumque est scriptum, aut neutrum, aut alterum tantum. Primo casu, aut aequi-

tas est scripta in specie, & rigor in genere, & æquitas præfertur. c. generi, de reg. iur. in 6. aut vtrumq; est scriptum in genere, & æquitas præfertur, l. si pecuniam, ff. si cer. per. Aut contra æquitas est scripta in genere, & rigor in specie, tunc rigor præfertur, l. nam natura, ff. de cond. indeb. & ibi bona gl. facit, §. 1. insti. de vsucap. secundo casu quando neutrum est scriptum, æquitas semper præfertur, sic quãdo vterque est scriptum in paritate. Tertio autem casu quando vnũ est scriptum alter non, tunc scriptum præfertur non scripto, dic. l. prospexit, ff. qui. & a quibus, & facit simili de causa testati, & intestati, taciti, & expressi de quibus vtilius infra dicemus. postquam Doct. variate videntur in hac materia, vt ait Diaz. Reg. 245.

152 Et quo ad primum æquitas scripta in paritate præfertur rigori, Abb. in d. c. ex parti, nu. 9. de transact. Fel. in c. cum illorum sub nu. 2. post med. ver. in Glo. de sen. excom. Bart. in l. 1. de vsucap. & in l. vbi cunq; ff. de interrog. act. Dy. in c. locupletari. nu. 8. de reg. iur. in 6. Dec. in l. in omnibus quidem, nu. 9. eo. tit.

Ampliat etiam quod æquitas nõ esset scripta, si præsumptio iuris concurreret cum æquitate. Fely. in c. iurgantium. nu. 1. de sent. & re iud. per glo. pen. in ca. iuscitata de restit. qua ampliatio ex infra scriptis declaratur.

Quando verò vtrumque est scriptum, vtrique æquitas, vt sup. præfertur, intellige modo, si est scripta in priori loco, prout ab ordine limitant Fely. in d. c. illorum per glo. quam appellat solemnem, in c. extirpanda, §. quia in verb. priuatum. de præbend. & ibi Imo. & faciunt quæ dixi sup. in §. p. nu. 57. & in hac sub nu. 499. ver. quantum refert, cum vers. seq. secus si rigor præcedat vt per Fely. rnox. allegat. Declara nisi pro æquitate posteriori loco scripta concurrat cum ea præsumptio iuris, vt sup. vers. amplia. similiter quando pro æquitate esset communis opinio, & quod pro rigore esset altera opinio. Ias. in d. l. placuit sub nu. 1. col. 2. C. de iudic. vbi dat aliud exemplum, quod si ius canonici-

153 cum in aliquo sit rigorosum, et ius ciuile æquum, attenditur ius ciuile etiam in foro canonico. sic per Fely. in d. c. iurgantium, nu. 1. de sen. & re iud. Nam attenditur obiectum fauorabile, potius quam ordo scripturæ, & inter duos fauores illud quod est fauorabilius ex quo substantia appellatur, vt not. glo. in l. iurifigentium. §. quod ferre. ff. de pact. facit

154 Tiraq. trac. caus. cessan. limit. 1. sub nu. 6. vt etiã in iudicijs dicimus seruandam esse æqualitatẽ. Specu. de dilat. §. 4. vers. sed nunquid termini. nam in iudicijs non debet esse acceptio personarum, ca. 1. in iudicijs. de reg. iur. in 6. & facit tex. in l. si. C. de fruc. & lit. expens. & dicam in materia æqualitatis seruandæ inf. nu. 422. 430. 451. 457. Nihilominus in dubio causa rei est fauorabilior. vt l. fauorabilior. res. de reg. iur. sicut quarumlibet personarum miserabilium, vt inf. dicam num. 550. & vi. Dy. d. c. in iudicijs. & ideo licet æquitas sit posteriori loco

155 scripta, tamen præualeat tanquam potentior, vt & in simili dicitur de causa finali, quæ licet in operatione sit vltima, tamen in intentione est prima. Bal. in Lauia. col. vlt. C. de iur. dot. Hinc colliges, quod si causa rigoris erit fauorabilior causæ æquitatis, rigor præferendus erit, vt contrariorũ eadem sit disciplina, glo. & Doc. in rub. de acq. poss. vltra alia exemplum est in solutione Gabellæ. nam illa imponitur pro bono publico, & vt succurratur ne cessitatibus publicis, ideo exactio rigorosa, & eo magis contra fraudatores Gabellæ. nam qui iustas Gabellas fraudat, punitur in foro fori, & in foro

poli. Doc. in l. l. vectigalia, ff. de publi. cano. Host. in rub. & Abb. in c. innouamus. de censib. Firmia trac. de Gabell. par. 1. q. 1. & quia res altiore requirit indaginem, inf. latius de hac materia dicã, nec ignorantia excusat, l. si §. Diui. d. 1. vbi Bart. ff. de public. & nota quod licentia extrahendi debet apparere in scriptis, & deber in libro constare de solutione Gabellæ, videlicet de tracta. in libro deputati ad illam recipiendam, vt per Bald. confi. 79. incip. Dauanti à voi. per tot. vol. 2. & non creditur libro creditoris de tali solutione. vt per D. Pacia. mihi amicissimum, & virum honorandum in suo trac. de probat. lib. 1. c. 25. sequuntur D. Farina. in pract. De reo confesso. & conuictio. q. 71. sub num. 151. tenentes contra Boss. & Soc. quinimmo non crederetur de libro debitoris, etiam si ibi adesset recepta manu Camerlinghi, vel alterius deputati ad recipiendum solutionem Gabellæ, vt per Pereg. de iur. fise. lib. 6. tit. 3. nu. 3. & tit. 7. nu. 20. & an si cum rebus vetitis sint aliæ res non vetitæ, dico quod de æquitate non consensantur. vt per Clar. §. fi. q. 82. ver. statutum 7. in fi. conferunt quæ dixi in §. par. sub nu. 530. cum seq. & vi. Clar. in materia ista extractionis, quæ potest etiam testibus probari, vt com. opi. esse dicit. d. q. 82. ver. statutum. 7. vers. sed hic quæro. vi. inf. nu. 358. & nu. 498. siue ergo prius siue posterius alterum sit scriptum, semper attenditur id quod est fauorabilius, causa fauorabilis primo, & non odiosa. c. odia. de reg. iur. in 6. Secundo causa fauorabilior. Tertio causa principalis quæ est fauor, & non ordo scripturæ accidentaliter per l. si. ff. de hæc. insti. vbi gl. & l. in conditionib. ff. de cond. indeb. Ias. d. l. placuit. nu. 2. C. de iudic.

157 In secundo casu quando vtrumq; scriptum est, sed vnum in specie, alterũ in genere, species generi derogat, & ideo siue rigor, siue æquitas sit, in specie illud quod scriptum est præfertur, per l. in toto. de reg. iur. C. generi. eo. lib. 6. Salyc. d. l. placuit. col. 2. ar. princ. Cagnol. in d. l. in omnib. quidẽ. nu. 13. & 14. Dec. nu. 10. de reg. iur. & ibi Ias. dat exemplũ dicens, quod quando æquitas generaliter suadet, nequir cum aliena iactura locupletetur, l. locupletari. de reg. iur. l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. tunc æquitas dicitur scripta in genere, concor. tex. in l. rescriptum, ff. de distrac. pign. Tiraq. de retrac. consangu. §. fi. nu. 51. & 52. vbi ampliat non licere minori locupletari contra malæfidei possessore, nec si aperte opponatur, nec si a statuto denegetur actio, vel exceptio. per text. vltra alia iura ibi per Tiraq. adducet in l. idem, §. 1. ff. manda. & in hoc iudex etiam ex officio prouidere potest, ne quis locupletetur cum aliena iactura, Af. in de execu. p. 3. c. 32. nu. 1.

\* Et quantum præscriptio sit contra naturalẽ æquitatem, vt l. 1. ff. de vsuc. tamen rigor permittit vsucapi, aut præscribi posse fauore bonæfidei possessoris, vt §. 1. insti. de vsuc. ea ratione ne rerum dominia stent semper suspensa, & sic rigor præfertur æquitati. vt sup. non obstantibus dictis iuribus: quamuis alteri officiat, Dy. in c. possessor. nu. 24. de reg. iur. in 6. & affert aliud exemplum. Nam carcer dicitur mala mansio, vt dixi in 3. par. cir. prin. & vice

156 uersa libertas est res inestimabilis indig. iur. & fugere est de iure naturali, quo de iure omnes homines liberi nascebantur, §. 2. insti. de iur. pers. & fugere nõ est peccatum in se, secundum S. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 4. sed declara, vt per Decia. de delict. tom. 1. li. 2. tit. de conscien. iust. nu. 6. car. 27. vnde dicitur, nõ bene pro toto libertas veditur auto. intantũ quod quis potest inuitũ redimere, pro inuito penã soluere, l. cũ pecuniã, ff. de neg. gest. dixi p. 1. n. 153.



quia libertus etiam res sum moperere favorabilis, & plus illi fauetur, quam liberorum legitimæ, & dicitur causa publica, & pia, vt dicit Dec. in l. quorics dubia est. cum iurib. ibi per eum adduc. de reg. iur. tamen ijs omnibus statutū punit fugientem, & rigor statuti præfertur, quia est scriptus in specie. d. e. generi. & intellige illud cum temperamento de quo dixi in 2. par. nu. 88. 91. 92. 102. 115. ubi longa. an de se sit maleficium. Strac. de Decoct. 2. par. vlt. par. nu. 6. Bal. consi. 382. in quadam questione Milani. Bar. Cepol. & alij in l. i. C. de ser. fug. At si quis pro maleficio inquisitus sit generaliter, non autē specialiter, & ex carceribus fugiat non habebitur pro confesso, & conuicto stante statuto per Ioan. And. ad Spec. tit. de præscrip. 2. Alex. ad Barto. d. l. eos. lit. A. ff. de custo. reor. Burf. attestans esse com. opi. ab omnibus receptam, consi. 346. nu. 35. lib. 4. quem sequitur Farinac. de Carcer. & car. q. 30. nu. 191. & 192. vbi non effugere pœnam arbitratiam dicit. & ad d. l. eos. Nota quid debitor est pro causa ciuili, & priuati fugiens a carceribus punitur pœna eadē, qua puniretur si esset carceratus pro delicto, ex quo non attenditur causa pro qua erat carceratus, sed violatio carceris ob fugam, ut per Comēsi. consi. 105. quem adducit Boff. tit. de effrac. car. sub nu. 10. & refert, & sequitur Farinac. de Carcer. q. 30. sub nu. 81. & Petr. Pech. tract. de iur. sist. & manu. iniect. ca. 23. sub nu. 1. dicit acriter pro arbitrio iudicis puniri debitorem qui frangit arrestum per l. i. ff. de effrac. & expil. & Boff. loc. cit. ait pœna capitali, & Farin. ampliat ne dum in frangētes, sed in trascendente cum corda, & scalis muros carcerum etiam quod perficere fugam nequiescit, vt nu. 83. 84. & seq. sed re vera nimis rigorosa opinio est ista quoad debitorem priuati, qui non custoditur, tam arctē, nec ex causa publica, sed priuata, ideo æquitas est in mitiore pœna eum condemnare iuxta arbitrium iudicis æqui, & eo minus si fuga nō fuerit peracta, sed duntaxat attentata quamuis ad actum proximū deuenerit, rationibus supra in præcedente vers. adduct. Item si arrestatus exeat de licētia custodis, et redeat excusatur, secus si non redeat. Iacob. de Beluif. in sua pract. in ver. de mortuis in carcerib. sub nu. 105. 106. 107. dicens quid rediens, nam habetur pro confesso præter fugam, sed in duriorē, et strictiorem carcerem detradendum esse Duen. Reg. 393. limit. 5. Menoch. de arb. cas. 301. in addit. Et ille qui est arrestatus dicitur vere carceratus vt alias dixi in 2. p. vnde discedens absque licētia punitur extraordinariē Menoc. d. cas. 301. si uero est malefactor, et fugiat habetur pro confesso & conuicto stante statuto si fracto ostio, vel cum scalis fugiat, ut nu. 5. uerfi. Secundus est casus, et in no. Addit. vbi contra Pegueram. in Decis. crim. c. 1. idem si sine scalis, sed præcipitanter saltum mortalē fecit: intellige quando iuste detentus erat, vt Boer. q. 215. & Due. d. reg. 393. & Farina. de carcer. d. q. 30. & Iacob. d. Beluif. d. pract. in uerfi. De mortuis in carceribus et de fuga Reor. loc. supracit. At metu aque uel ignis, aut ob crudelem sceuitiam custodis fugiens excusabitur, sicuti est ostio aperto, vel de licētia custodis per supra dicta, nec quādo notorie iniuste detētus erat, Menoc. d. cas. 301. nu. 23. & pœna effractoris, non erit mortis, sed grauissima, ut per Menoc. & alios supra relatos, nisi fuisset in carceratus in aliquo fortalicio, a quo per scalam canapi vel cum fractura aufugisset, nam ratione loci pœnam grauiorem esse, dixi in 4. par. nu. 85. & 96. 5. & de scalis vi infr. sub nu. 327. uerfi. Hinc est vbi plura in proposito dixi.

\* Aliud exemplum est, quia æquitas generaliter

suadet pacta seruari, l. prætor ait. ff. de pact. iur. gentium. eo. sed lex aut statutū quando iubet quadam pacta dissolui, vel respectu minoris ætatis, uel doli, vel solemnitatis non seruatur, & huiusmodi, & annullat pactum, vt per plura adduct. ab Aret. in p. i. instit. de iust. & iur. & facit Stracc. de Mercatur. par. vlt. tit. quōmo. proced. sit uer. i. sub. nu. 6. cir. med. tunc rigor istius legis vel statuti seruandus est, nisi expresse remissus sit secundum ea quæ supra dixi a nu. 134. usque ad nu. 144.

159 Et aliud exemplum trad. Bald. in l. ancilla in 5. opp. C. de fur. quod videtur fraternizare cum primo, & ait quid præscriptio est, contra naturalem æquitatem, & publiciana, est secundum naturalem æquitatem, si est cum bona fide associata, qua bona fides ex parte recipientis esse præsumitur secus ex parte dantis, & vt in uendente rem scienter alterius ementi ignoranter, l. cum qui §. prætor ait, ff. de public. & tamen rigor pro præscriptione præfertur, ad quod vi. Nat. consi. 532. nu. 33. uol. 3. uerum tamen Docto. concludunt, quod iudex oculos habens ad æquitatem excusatur, si non uidet & sentiat rigorem.

160 Circa tertiam casum quando utrumque est scriptum in genere, tunc semper in paritate æquitas præfertur rigori, Doct. omnes in d. l. placuit. C. de iudic. & in c. possessor. sub num. 24. possem afferre exemplum. Nam æquitas dicit quod quis possit de re sua disponere ad libitum suum. l. in re mandata. ff. manda. §. disponat. in auth. de nupt. cum similib. sed alia dispositio dicit quod publice interest neminem suis rebus abuti. §. sed & maior. Iustit. de ijs qui sunt sui uel alie. iur. Caualea. Decis. 15. sub nu. 16. p. 4. hæc ratio magis æqua uidetur, & facit cōtra illos qui tenent, quod quis possit relicta tantum modo legitima filio, reliquum rerum suarum alienare quouis modo, etiam abutendo, & in mare tuta cōscientia proijcere, equidem est cōtra bonos mores, & res mali exempli, & non est sine peccato qui talia facit. Sed utiliter posset in hoc adaptari illud quod trad. Negusant. De pignor. et Hypoth. 4. mēbr. 2. par. sub nu. 83. cir. fi. vbi de duab. Hypothec. ad fauorem mulieris, vna generalis expressa, altera generalis tacita, hæc legis, altera hominis, et cōcludit quod sit attendenda illa, quæ affert maiorē utilitatem, ita suadente æquitate, ad quod ui. Salyc. in l. assiduis. cum alijs. vbi glo. C. qui pot. in pignor. & infra dicam. Quando dispositio hominis faciat cessare dispositionem legis. Salyc. in l. fi. col. 2. uerficu. Querit eadem glo. C. de pac. conuen.

161 Rursus Iaf. in d. l. placuit sub nu. 2. C. de iudic. limitat quod in arbitrarijs æquitas non præferatur rigori, quod etiam uidetur concedere. Cagnol. d. l. in omnib. quidem. sub nu. 14. de reg. iur. Nihilominus com. opi. est in contrarium, Cagnol. ibi. d. nu. 14. Dec. sub num. 8. in fi. Bar. in l. i. C. de leg. Marf. prac. §. constante. nu. 30. & in §. diligenter. nu. 28. Menoc. de arb. cas. 65. nu. 5. idem de præsum. p. li. 2. præf. 76. sub nu. 16. & seq. vbi etiam in arbitratore tenet, eo quia æquitas dicitur ius humanum, ut per Doc. in d. l. placuit, et bonus vir nil humani alienū a se putat, ut dicebat Cicer. in 2. Epist. famil. & firmant Doc. prædicti esse arbitratium iudici in arbitrarijs sequi æquitatē, uel rigorem, sed æquitas semper in dubio præualere debet. per supra dicta. Nam arbitraria hodie sunt redacta ad instar iudiciorū, ut l. i. ff. de arbit. & ideo æquitas se quenda est non obstante c. si quis in arbitrarijs. 2. q. 6. præferim si sunt arbitri necessarii, si autem sunt voluntarij, posunt litem dirimere, prout fertur cū securi, vel manara. ut in d. ca. si quis. ad quod ui. Blanc. De compromiss.

promiss. par. 5. vbi arguit ad partes, idem q. 9. num. 28. vbi affirmatiuam tenet, dixi supra nume. III. & inf. nu. 155.

Et quod æquitas in arbitrarijs sequenda sit, ampliatur etiam si æquitas non esset scripta, quando æquitas, & rigor adinuicem pugnare uiderentur, ut per Fel. in d. c. iurgantium. nu. 2. de sen. & re. iudic. limitatur nisi Reipublicæ magis interfit assumere uia rigoris, per l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. maximè pro bono publico ad reprimendam malorum audaciam. l. congruit. ff. de offic. præf. le. 2. C. quan. lic. sine iud. se uindica. l. si operis. C. de pen. dixi supra nu. 9. Et tandem si rigor quandoque locum habet ex causa agentis, tunc non habet locum pro parte excipientis, cum exceptionum ea natura est, ut sint æquæ, & favorabiles. Nam exceptiones ab æquitate, & misericordia descendunt regulariter, quia tendunt ad defensionem, tot. tit. de exc. & regulariter à summo iure fundamentum sumunt, Tiraq. de retract. cõsangu. §. 34. gl. 1. nu. 5. tex. in l. qui æquitate, & ibi glo. ff. de dol. mal. excep. Sed aliquæ exceptiones sunt, quæ per accidens sapiunt rigorem ad hæc vi. omnino Cep. in suo trac. de extensio. vers. septimo quæro an & quando æquitas sit præferenda rigori. nu. 43. vbi clarè, pulchrè, & distinctè loquitur, ceterum quod ad æquitatem in arbitramentis, non est dubium, quod æquitas suum locum habet ut per Menoc. de præf. lib. 2. d. præf. 76. sub nu. 16. Nam arbitramentum stat in finibus æquitatis naturalis, non autem in finibus iuris ciuilibus, ut per Bal. in l. si. C. de contrahen. empt. Brunor. à Sol. q. 15. nu. 29.

162 Et licet in dubio semper æquitatem præferendam esse dixerim, & quod causa simpliciter commissa intelligatur secundum æquitatem, & non secundum rigorem, ut per Dec. in d. l. in omnibus quidem nu. 4. ibi Cagnol. nu. 7. de reg. iur. intellige primo de æquitate à iure formata, non autem desumpta à propria ceruice; ut alias dixi. nu. 2. intellige nisi causa iam cepta fuerit coram iudice, qui secundum æquitatem iudicare debet, & commissa iudici qui exequitur rigorem. tertio intellige, nisi causa fuisset ardua & atrox, & personæ malæ uitæ per ea quæ dixi in prima part. sub nu. 48. 57. & 61. cum seq. Nam rescripta censentur concessa secundum subiectam materiam. ar. le. si in uno anno. ff. locat. Caualea. Decis. 14. nu. 45. par. 1. Decia. consil. 86. nu. 52. & seq. vol. 3.

Et accidentia plurimum conferunt ad cognoscendum, an cū æquitate, aut rigore, eundem sit, l. 1. & l. quod si nolit. ff. de adilit. edic. sic secundum qualitates delicta plus vel minus puniri dixi par. 2. nu. me. 259. par. 3. nu. 34. & 43. par. 4. num. 36. & facit quod nunc mihi in mentem venit illud Hippoc. in Aphor. 12. vbi ait, accessiones verò, & constitutiones morborum, indicabunt tum morbi ipsi, tum tempora anni, tum periodorum proportionis interesse obseruatio. & Nauar. in Manual. cõfess. c. 6. nu. 1. dicit, quod circumstantiæ est accidens rei quæ peccatum est, & aggrauat, vel minuit peccatum, & mutat illius speciem, vbi doce circumstantias quas confiteri oportet. sunt enim qualitates personarum, loci, & temporis, quibus infelix homo peccat, punitur, aut miseretur: facit Pl. III. In summa memoriæ tenendum est quod vbi expedit uti rigore, iudex male faceret utendo lenitate, nam per lenitatem rex contemnitur, lex despicitur, & grex inficitur, at per rigorem rex timetur, & honoratur, lex saluatur, & grex custoditur. ut per Luc. de Pen. in l. fin. C. de ijs quæ ex public. collat. sunt non vsurp. lib. 10. ut quem timor Dei non co-

erret à peccando, seueritas iustitiæ humanæ cogat. c. cum in cunctis. §. clerici extra de elect.

\* Et quoniam dulcè admodum mihi est, per sacra scripturæ loca pie vagari, postquam de rigore scripto & non scripto, de æquitate scripta & non scripta, & quid quando utrumque est scriptum uel non, locutus sum, quæ mihi videntur uelle inferre quodam modo iustitiam occultam & manifestam, misericordiam manifestam et occultam, ideo hic obiter, quid de diuina iustitia, & misericordia. R. Theol. scripserunt, quæ duo in omnibus operibus Dei reperiuntur. ut Pl. 24. Qui dicunt, quod quandoque iustitia est occulta, & misericordia manifesta, ut in iustificatione impij Psal. 50. aliquando misericordia est occulta, & iustitia aperta, ut in punitione paruulorum sine baptismo morientium circa pœnã damni, Cano. in rubr. de Baptism. aliquando utrumque est occultum ut in tribulatione iustorum, & Innocentium, ut in Iob. p. 4. ps. 120. & 138. sicuti quando paruuli infirmantur, aliquando utrumque est apertum, ut in remuneratione iustorum, & damnatione reproborum, iustus, & misericors Dominus. Pl. 114. Veruntamen misericordia semper præualuit. Nam Deus citra condignum punit, & supra meritum, ut colliguntur hæc à Sac. Theolog. in compend. Sac. Theologia. De iust. Dei libr. 1. cap. 33. & cap. 34. vbi alleg. Pl. 48. Misericordia, & veritas obuauerunt sibi. Nam veritas per rigorem procedit, sed misericordia hunc rigorem temperat ut ibi. exponitur, quæ multum adaptantur in propos. nostro & ui. sup. sub nu. 148.

163 Nunc restat dicere aliqua circa propositam conclusionem; Quando prouisio hominis faciunt cessare prouisionem legis, & hoc deducitur ex l. fin. C. ad exhib. ex l. si. §. si. C. de pact. conuent. vbi c. 4. num. Bar. Bal. & alij: quæ regula duabus rationibus fulcitur, prima qui vox uiua præualet mortuæ Spec. de probat. §. videndum restat. ver. sed pone. in prop. Felin. in c. pastoralis. §. cum autem, sub nu. me. 28. de offic. & pot. iudic. deleg. & dixi in pract. de test. vbi quando vox mortua præualet uiuæ. sub nu. 165. p. 2. & habetur in auth. de instrum. caut. & fid. §. sed & si quis, & extr. de probat. c. quoniam contra falsam, & in l. pacta nouissima. C. de pac. leg. si procuratorem. ff. de procurat. l. cum quædam mulier. C. de adm. iur. sed intellige quod quando dicitur, quod prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, intelligitur tam de lege antiqua, quam noua, etiam quod Princeps vel legislator nouæ legis uiuat, quia hæc dicitur lex uiua, altera dicitur lex mortua, Abb. in c. dilectus il. 2. de præben. & dign. Felin. in puncto in d. cap. pastoralis. §. cum autem, col. 2. sub nume. 28. vers. 10. hoc inferitur, & ver. secundo intellige eolum. 3. vbi ait prouisionem legis cessare per prouisionem hominis, tam legis mortuæ, quam uiuæ.

\* Secunda ratio assignatur, quia mitius agitur cū lege quam cum homine. l. Celsus. ff. de arb. plenè per Batt. in l. amplius. ff. rem rat. hab. pulchre Fel. in c. pastoralis. §. cum autem sub nu. 28. omnino iud. de offic. iud. deleg. Quia hæc facilius ampliat, & moderatur dispositionem suam, quam dispositionem hominis, glo. magna in l. assiduis. C. qui pot. in pign. habent. Alex. consil. 5. attentis. col. fin. cit. med. vol. 7. ipse addo tertiam rationem, quia fauori suo a lege introducto quilibet renuntiare potest. l. pactum cum glo. ff. de pac. l. penul. C. de episcop. & cler. l. penul. C. de pact. l. potest, ad l. Falc. Soc. reg. 419. et quod mitius agitur cum lege, quæ cum homine tradit Bar. in l. amplius non peti. sub nu. 2. ff. rem rat. haberi, ubi declarat id procedere, inter

inter homines priuatos, sed inter legem, & iudicē fecus est, quia offendens iudicem offendit legem, ideo durius agitur cum iudice, quam cum lege ex Cyn. in l. si quis maior. C. de transac. & l. crimina li. C. de iurisdic. omni. iudic. item declarat non habere locum, quando per dispositionem legis actus annullantur, ex quo lex facilius annullare potest actum, quam homo, unde durius agitur cum lege quam cum homine, & Alex. ibi ad Bar. lit. D. intel ligit de annullatione actus facta a iudice quæ debiliior est, quam annullatio vi legis. pe. not. in cap. Raynuius, de testa. & in l. filius. §. Diui. de leg. 2. alio tertio modo Bar. declarat reg. locum non habere quando pœna est extrinseca, idest arbitraria, tunc durius agitur cum homine quam cum lege per d. l. Amplius quædam intrinseca idest legis, verum plus valere videtur pœna legis ordinaria, quam hominis arbitraria, hæc quæstio dependet ab illa, quando una pœna facit cessare aliam. nume. 102. 103. 104. & num. 148. p. 4. & ibi quando maxime pœna est ipso iure imposita vt dixi.

Verum enim verò negare non potest, quia tam regula ipsa, quam rationes prædictæ super quibus fundatur non sint valde Brocardicæ naturæ ut fatetur quoque Salyc. in d. l. si. §. siquidem col. 2. C. de pac. conuen. & a Doct. variæ traduntur limitationes, & declarationes.

164. Prima est Bar. in d. §. si. C. nu. 12. Quod per prouisionem specialem hominis intelligitur recessum a prouisione legis, nisi prouisio legis sit de iure cõmuni, & Iaf. in §. Item Seruiana, sub nu. 96. de act. idem in l. 2. nu. 145. C. de iur. emphy. cõcordando dicit, quod prouisio hominis tunc demum tollit prouisionem legis, quando illa prouisio legis esset inducta de iur. speciali, & in priuilegium, secus si iure communi & hanc esse de mēte Cyn. Bar. Bal. & aliorum, quam menti tenendam dicit tamquam valde notabilem Cacchera. Decis. 21. nu. 10. Decis. 23. nu. 10. & Decis. 141. nu. 11. vbi adducit rationem, quia prouisio legis dicitur plenior in hoc casu per Castr. in l. si. ff. de eo per quem facerit, & per Iaf. d. l. 2. nu. 143. C. de iur. emph. Hinc est, quod prouisio hominis tollit, duntaxat prouisionem legis in ea parte tantum, in quo homo prouidit, in ceteris prouisio legis firma manet. Io. Bologn. consil. 13. num. 18. & mox dicam: hoc vnum est quid nūquam prouisio hominis distinguit prouisionem legis generalis. Caball. milleloq. 52. p. 1. intellige sanè.

Secunda declaratio est, quod prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, quando illa prouisio legis esset inducta in defectum hominis, vt per Bald. d. l. fin. & Aret. d. §. item Seruiana, quos ibi adducit Iaf. d. nu. 60. per glo. ibi positam.

Tertia declaratio est, quod prouisio hominis tollit prouisionem legis scilicet extraordinariam, nõ autem ordinariam, vt per Bart. in l. si cum dotem in princ. ff. solut. matr. & ibi Imol. quam dicit Iaf. esse meram uecitatem in d. §. item Seruiana, sub d. num. 60. Nat. consil. 123. num. 11. tom. 1. vbi adducit & Alex. in d. l. si cum dotem in 2. not. fallit vbi versatur fauor dotis, Bal. Nouel. de dor. p. 6. p. 1. uil. 68.

Quarta declaratio sumitur à Cyn. in l. 2. C. de iur. emph. quam refert Salyc. d. l. si. §. si quidem, col. 2. C. de pac. conuen. & distinguendo dicit, aut prouisio legis nondum competeat, quando prouisio specialis hominis intercessit, seu interueniet ad prouisionem legis implendam, & tunc adueniente prouisione hominis, cessat prouisio legis l. sita & l. sequitur, ff. de nouat. Aut prouisio ho-

minis non intercedit ad prouisionem hominis implendam, & tunc si legis prouisio adhuc non competeat, subdistingue: aut prouisio legis appositae est ad nouandam prouisionem legis, & tunc per prouisionem hominis videtur renuntiatum prouisioni legis. l. si tamen. C. de execut. rei iud. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de reg. iur. aut non apponitur ad nouandam, & iterum subdistingue, aut prouisio legis est emanata iure speciali, contra ius cõmune, & tunc aut dicitur illi speciali tenenti, & tenet renuntiatum, d. l. si. §. si. C. de pac. conuen. quilibet enim renuntiare potest fauori pro se specialiter introducto vt supra dixi pro tertia ratione, & tex. in l. & habet. §. cum quis. ff. de precar. Aut prouisio legis est de iure cõmuni, & tunc per prouisionem hominis, non videtur renuntiatum, vt d. l. 4. §. ex conuentione. ff. de reg. iur. secus in prouisione legis speciali per supra dicta. vnde si prouisio hominis sit specialis, tunc generi per speciem derogatur. c. generi de reg. iur. quod qualiter sit intelligendum in propof. nostro vi. omnino Ceph. consil. 158. sub nu. 33. 34. cum plur. seq. lib. 2. idem in cõsil. 323. nu. 15. libr. 3. vbi ait non esse admittendam iuris correctionem, nisi fiat specialiter & expresse per tex. l. præcipimus. vbi Bal. & alij C. de appellat. & dicit quod prouisio contra ius commune non extenditur ultra id quod exprimit, & specificat, licet tandem ratio sit etiam in casu nõ specificato. Bar. per illum text. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matr. immo nec etiam in casu nõ specificato militaret maior correctionis ratio, sed ille dicitur casus omissus, vt ait Barto. in l. Cesar. col. 10. in princ. vers. Quarto quarto. ff. de publica. glo. & Doct. in auth. quas actiones. C. de fac. sanc. eccl. facit etiam gloss. eo. recepta in c. cupientes. §. qui de elect. in 6. Iaf. in l. filium ad filij. C. fam. circi. & ad vnũ est aduertendum & si expressum faciat cessare tacitum, nihilominus nihil operatur, quo ad omissum per Doct. Bar. in d. l. Cesar. quando omissum habetur pro omissio, vt in contractibus. leg. quicquid astringenda de verb. oblig. & l. veteribus. C. de pac. & in omnibus aliis dispositionibus, in quibus stricta sit interpretatio, & in quibus præsumptiones & coniecturæ locum non habent, licet in statutis omissum, censetur relictum sub dispositione iuris communis, Caualea. Decis. 20. nu. 47. Decis. 28. nu. 54. & alibi par. 2. & declarat Decis. 21. nu. 3. & 18. par. 3. ad hæc Cano. in c. ad audientiam de Decim. & Doct. in l. 1. §. sed & deficiētis. C. de caduc. toll. & in testamentis. Qui non est vocatus regulariter non dicitur honoratus. l. commo diffime. ff. de liber. & posthu. cum similib. nec econtra sed multum in voluntate dubia præsumptiones valent, vt per Illustr. Mantio. De coniectur. vltim. volunt. per tot. alioquin omissum habetur pro omissio. Doct. Bald. in l. si mater. C. de instit. & substit. trad. scrib. in l. commo diffime. ff. de lib. & posthu. & in l. si cum dotem. ff. solut. matr. latissime per Everar. in sua Centur. loc. 55. ab equi pollent. ver. Alia sexta doctrina, vbi lit. D. cum lit. sequi. distinguit quando omissum habetur pro omissio, & lit. B. vers. Primo tribus modis limitat illam Reg. De qua supra. Non refert quod quid ex æquipollentibus fiat, primo vt non procedat quando est tradita certa forma, vt quãdo est appositae conditio voluntaria, quæ debet impleri in forma specifi- ca per l. Meuius, & l. si hæredi in si. ff. de condit. & demon. 2. limitat, vt non procedat quando ratione casus omissi deficit solemnitas. leg. commo diffime. ff. de liber. & posthu. 3. limitat non procedente, in casibus ambitiolis & restringendis per c. su-  
ceptum

scriptum de reser. 4. quando resultat diuisa ratio, & parit diuerfos effectus, ad trad. per Bal. in l. illud. colum. 2. C. de sac. sanc. eccles.

Quinto limitat non procedere quando fuerunt expressi duo casus in materia non fauorabili secundum l. vim passam. §. prescriptione, ad leg. Iul. de adult. 6. limitat non habere locum in fictione. 7. quando tractatur de odio, & res est dubia l. 1. §. & si quis. ff. ventr. inspic. 8. limitat non procedere quando alteratur substantia rei qualificata. Doct. in leg. Gallus. §. si quid si tantum. ff. de lib. & posthu. ex ijs omnibus omisum habetur pro omisso, si verò vtraque prouisio esset generalis, tunc per prouisionem hominis non esset derogatum prouisioni legis, secundum gloss. in d. §. si ex conuentione, tum quia prouisio hominis non tollit prouisionem legis pleniorē, l. si. §. si. vbi Cast. ff. de eo per quem fact. erit Cachera. Decif. 141. num. 10. tum etiam, quia vbi lex ipso iure operatur, non est opus ministerio hominis. l. ea quæ. C. fam. ercisc. l. 1. ff. de distrac. pig. l. non recte. C. de fideicom. l. in duobus. ff. quemadmo. testa. ape. & etiam, quia nemo debet se videri meliorem lege ipsa, vt iam dictum & infra limitatur.

Quinta declaratio colligitur ex Negusant. De pign. & Hyp. 4. membr. 2. par. nu. 87. quod prouisio hominis faciat cessare prouisionē legis nascituræ, non autē iam natæ, vt tenet Bal. d. l. 2. C. de iur. dot. idem in d. l. fin. vbi Cyn. C. de pac. conuent. sed hæc declaratio concordat cum supra dicta dist. Sal. quado lex cōpetebat, vel nōdum cōpetebat.

Sexta declaratio seu limitatio est, quia vbi lex est introducta fauore publico, humana dispositione priuata mutari non potest, vbi Ias. & alij. ff. de leg. 1. quia nemo potest facere, quin iura habeant locum in sua dispositione nec ius publicum pacto priuatorum tolli potest. l. ius publicum. ff. de pact. l. quod de bonis. §. si. ad leg. Falc. Auth. sed cum testator vbi Doct. C. eo. l. quidam in princ. ff. de adm. tut. tetigi supra num. 56. vers. ulterius. Soc. reg. 419. Secundo limitatur vbi ait quod nec prodesset contra legem publicam bonum respiciētem iuramentum, c. cum contingat ex. de iur. iuran.

¶ 65 Et ad reg. quod quilibet possit renuntiare fauori suo, vide glo. in l. pactum. ff. de pac. vbi enumerat omnes casus, & vide etiam Soc. d. reg. 419. vbi limitat. 10. modis primo non possit renuntiare iuri naturali, vt iuri sanguinis agnationis, uel cognationis. secundo iuri positiuo si prohibet renuntiare leuis uel quando disponit circa solemnitatem, actus agendi maxime dantem formam, ut dixi supr. nu. 135. 136. 1. 7. vsque ad 144. tertio quando renūtiatur facultati puto eundem, quia non potest. quarto quando ius est annexum personæ quinto quando priuatam & publicam utilitatem ius, cui renuntiatum est, cōtineret. sexto iuri diuino vel generali aut prouinciali. septimo iuri mixto, & interesse tertij respicienti 8. Macedoniano. 9. quando renūtiatur est contra naturam actus. 10. quando renūtiatur iuri in spe consistenti, sed contra in l. pactum in fi. de pact.

Septima declaratio est, quia prouisio hominis expressa facit cessare tacitam legis, Bero. consil. 11. nu. 21. vol. 1. Surd. consil. 156 num. 11. & 22. libr. 2. sed Cephal. in consil. 312. nu. 55. & 56. limitat nisi ad abundantem cautelam fiat, l. quæ dubitationis de reg. iur. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. vt Ludouic. Bolog. consil. 4. q. nu. 2. & Io. Bolog. consil. 13. nu. 17. & limita in extraordinariam tacita legis Nat. seni. 123. nu. 11. tom. 1. Menoc. de pres. libr. 4. præf. 109. num. 42. cum seq. declarat quod ex-

pressa prouisio tollit sed obligationem nascituram non autem iam natam. nam circa natam prouisio hominis intelligitur facta ad augmentum illius legis seu obligationis, nō autem ad diminutionem ar. l. legata inutiliter de leg. 1. ut declarant Doc. d. l. fi. C. de pac. conuent. & Alex. consil. 118. nu. 5.

Vltimo limita procedere quando homo habuit facultatem prouidendi, quia omnes actus humani dependent a voluntate, & potestate. l. eius est nolle cum concor. de reg. iur. & non solum requiritur potestas, sed quod prouisio hominis eque bene fiat. Bartol. not. in l. 1. §. vnde queritur. ff. de publicia. & vide cautellas Capol. & Ferrar. in hoc propos.

166 Ex supra dicta regula Doc. inferunt ad multa, & primo quia prouisio hominis facit cessare presumptionem legis vt in materia l. si quis maior. C. de trāsa. qua cauetur, quod maior qui sub vinculo iuramenti, aliquo recepto promisit soluere, si non stat promissis, amittit ius, & cadit ab actione, & penas incurrit de quibus in d. l. sed si per pactum aliam particularem penam promiserit in casu conuentionis, tunc per prouisionem huius pacti videtur recessum a pena d. l. si quis maior. C. de transac. vbi Bar. nu. 7. Bal. nu. 3. Ias. num. 12. Alex. nu. 8. & alij scrib. pulchrè Bero. conf. 57. nu. 5. libr. 3. Tob. No. conf. 70. nu. 6. & hoc maxime æquitate, & non rigore d. l. attēta, vt iudicatum fuit Flor. vt per Mago Decif. 96. Caualea. Decif. 43. nu. 28. 18. par. 1. & Decif. 38. nu. 20. part. 2. vbi dicit non habere locum apud supremos iudices, quia rigoro sa & odiosa est: ergo ab æquitate nostra deuiat. & v. eundem Caualea. in Reper. in ver. l. si quis maior. vbi loca videbis in quibus plenè d. l. tractat & limitat. Sed stante clausula rato manente pacto, videtur quod vtraque penæ locus sit, Ias. in d. l. 2. sub nu. 145. C. de iur. emph. secus si in fine instrumenti sit alia clausula, ita tamen vt per Caualea. Decif. 43. nu. 3. 1. & seq. p. 1. Decif. 29. num. 48. p. 2. Decif. 25. nu. 12. p. 5.

167 Secundo infertur, quod licet mulier ultra l. prouisionem, de qua in d. l. fin. C. de pac. conuent. pro dote habens hypothecam legalem, paciscatur, & per pactum expressum conueniat pro habenda hypotheca, tunc non videtur recessum a prouisione legali, ea ratione, quia non potest ius dotis deterrius sibi facere per glo. in ver. contentum, in fin. d. l. si quam cō. approbatam, dicit Alexan. consil. 58. in causa nume. 3. vol. 7. de qua per Negus. de pign. & hypot. 4. membr. 2. part. nume. 83. cum plur. sequent. & dixi supra sub nume. 160. vers. sed vtiliter.

\* Tertio infertur, quod licet locator pro pensione domus habeat bona illata & inuecta in ea hypothecata, l. item quia. ff. de pact. l. certi iuris. C. locat. sicuti dicitur idem esse de bonis coloni. in d. §. item Seruiana. vbi Ias. nu. 69. Caroc. locat. par. 3. titul. de inuect. & illat. nu. 1. 2. & 3. Curt. iun. consil. 40. in 1. par. si Dominus aut locator pacto expresso conuenerunt, quod certæ res sint in ipsis pro pensione hypothecata, nihilominus non cessabit hypotheca super alijs rebus virtute prouisionis legis, vt per Ias. & alios in d. §. Item Seruiana. nume. 10. & 52. & seq. vbi extendit etiam ad res ab emphyteota illatas & inuectas pro canone obligatas, & in l. 2. glo. repelle. C. de iur. emphyt. Bald. in authent. si quas ruinas, in 5. colum. C. de sacros. sanc. eccles. cum alijs per Ias. adduc. in d. §. Item Seruiana, nume. 52.

\* Quarto infertur quod si partes renuntiauerint appellationi, renuntiatio omnem appellationem tollit,

collit, sed facta per rescriptum solum, appellationes à iure non permittunt videntur sublata. Hosti. in c. pastoralis. §. cum autem. vbi Felyn. num. 28. de offic. & pot. iudic. deleg. Vbi Fely. plura singularia trad. Quando mitius agitur cum lege quam cum homine, & e contra. ad quem vti pulchra recurre. Et prædicta omnia sunt notanda, quia nendum procedunt in legibus sed in statutis, in contractibus, in testamentis, & rescriptis priuilegijs.

Sed more solito, vt applicemus aliqua circa spiritualia huic subiectæ materiæ, in qua dictum est sup. quod prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. Quæti posset, an lex Mosæica, & Prophetica, per aduentum filij Dei legislatoris noui testamenti, sint sublata? Et breuiter quo ad ceremonialia, & sacrificia, & circūcisionem. In Christo autem Iesu, neque circūcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Galat. ca. 6. & multa alia equidem cessauerunt. Sed quoad præcepta moralia minimè, nisi circa quædam mixtica, quæ tam per legem Euangelicam, quam per Canonicam fuerunt mutata. tex. est in c. fina. §. ijs itaque. vbi Arch. 6. distinct. & ita sentit Marant. Spec. aur. de ord. iudic. par. 3. sub num. 13. quem vnde de. in ceteris non est sublata lex. dicit enim Dominus Iesus Christus in Euangel. Marth. capit. 5. non veni soluere legem, sed adimplere. Cessauerunt dumtaxat illa quæ in veteri testamento erant umbra, & figura noui testamenti. vnde Apost. ad Hebr. cap. 10. ait, aufert primum, vt sequens statuat. & in c. 7. dicit. Nihil enim ad perfectum duxit lex. & capit. 8. Nunc autem, Christus sortitus est melius ministerium, & nouum veterauit prius, & ad Galat. c. 3. videtur concludere, dicens. Itaque pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificaremur, at vbi venit fides, iam non sumus sub pedagogo, quo autem ad Prophetias fuerunt per Iesum Christum adimplere. quando dixit consummatum est. Ioan. cap. 18. & Matth. ca. 5. Ceterum

per prouisionem filij hominis cessauit prouisio illius legis veteris, qua omnes in Adam peccauerimus, & ad mortem æternam damnati erimus.

Paul. Apost. ad Rom. c. 3. §. 7. & 8. vbi dicit, lex autem vitæ Spiritus in Christo Iesu liberauit, me a lege peccati, & mortis, qua de re exhortatur ne iterum proprijs peccatis seruitutis contineri. Galat. 5. pudeant, timeant, & in malam crucem abeant peruersi, & obstinati Iudæi dicentes, quod datur repugnantia: absit, si vna lex sit contraria, & Deus dicitur immutabilis, absit, & ideo nolunt recipere legem, nec legislatorem noui testamenti. ò insensati, ipsi plus varijs, & mutabiles audiant Apost. Pau. ad Hebræos, cap. 10. Postquam enim dixit; Hoc autem testamentum, quod testabor ad illos, post dies illos, dicit Dominus, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentes eorum superferbam eas, & ego ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, & peccatorum, & iniquitatum eorum iam non memorabor amplius, & ad Hebr. cap. 8. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, &c. Dicendo autem nouum veterauit prius, dato ne repugnantia de bono in melius, est ne repugnantia de rigore ad æquitatem, absit est ne repugnantia, vt ijs quæ de nouo emergant, nouum adhibere auxilium? non ne Deus ille met, qui legem posuit, nouam legem, quæ est gratia, edere dixit? equidem Iudæi stulti, & improbi nequeunt hanc veritatem agnoscere.

168 Sed redeundo ad materiam æquitatis, & rigoris, videamus ergo primum ea, quæ sunt causa æquitatis, deinde rigoris, quodam modo in sequenti tabula depicta, in qua tria considerantur, agens, causa, & effectus.

Agens. Pupillus.  
Orphanus.  
Minor.  
Ignorans.  
Furiosus.  
Mente capus.  
Dormiens.  
Iracundus.  
Personæ correllatiuæ.  
Ebrius.  
Forensis.  
Infirmus.  
Pauper.  
Mercenarius.  
Alendus.  
Familiars.  
Ecclesiasticus.  
Et similes.

Causa. Publica.  
Communis.  
Pia.  
Status personæ.  
Libertatis.  
Religionis.  
Amoris coniunctorum.  
Redemptionis.  
Senectutis, & minorum.  
Matrimonij.  
Dotis.  
Feudalis.  
Mercaturæ.  
Societatis.  
Alimentorum.  
Sepultura.  
Infirmittatis.  
Infortunij.  
Naufragij.  
Sterilitatis.  
Et similes.

Effectus. Bonum publicum.  
Commune.  
Priuatum sine alterius læsione.  
Exemplum bonum.  
Laus.  
Labor et.  
Expense.  
Læsionis.  
Restauratio.  
Damni emendatio.  
Fauorable.  
Libertatis.  
Recuperatio.  
Pacis reconciliatio.  
Fama, & honoris restitutio.  
Scandali, & periculi euitandi remedium.

Quæ omnia supradicta, & similia sunt æquitate digna, benigna, ac fauorabiliter tractanda, atque terminanda, & ad hæc faciunt quæ dixi supra in 4. par. sub num. 79. & 464. Nam rigor ab æquitate temperatur, quemadmodum vinum ab aqua, aliquando ratione ætatis, temporis, & loci, ca. super ec. extra. de senten. excomm. aliquando ratio-

ne causæ, & personæ, capitu. fin. de transactio. aliquando pro bono pacis, vel ratione scandali euitandi, & consuetudinis, c. vt constitueretur, 50. distinct.

Et e contra, hæc infra scripta, sunt perniciofa, odiosa, rigorosè, & viriliter tractanda, & terminanda.

<p><i>Sacrilegus.</i> <i>Dolosus.</i> <i>Versutus.</i> <i>Iniquus.</i> <i>Delinquere solitus.</i> <i>Vsuarus.</i> <i>Iudeus.</i> <i>Sinoniacus.</i> <i>Hereticus.</i> <i>Assassinus.</i> <i>Proditor.</i> <i>Homicida dolosus.</i> <i>Mandans, &amp; mandatarus.</i> <i>Latrons.</i> <i>Sicarij.</i> <i>Incendiarij.</i> <i>Grassatores.</i> <i>Falsarij.</i> <i>Fraudatores.</i> <i>Male uiuente.</i> <i>Disculi.</i> <i>Parricide.</i> <i>Vxoricide.</i> <i>Fratricide.</i> <i>Scandalosus.</i> <i>Insidiosus.</i> <i>Blasphemi, et ijs similes.</i></p>	<p><i>Laesa maiestatis.</i> <i>Heresis, &amp; infidelitatis.</i> <i>Iniquitatis.</i> <i>Blasphemia.</i> <i>Turpis, &amp; contra bonos mores.</i> <i>Simonie.</i> <i>Opera rei illicitae.</i> <i>Vsura.</i> <i>Vltionis.</i> <i>Libelli famosi.</i> <i>Raptus, &amp; rapina.</i> <i>Mera malevolentia.</i> <i>Mere inuidiae.</i> <i>Contra bonum publicum, &amp; commune.</i> <i>Perturbationis pacis.</i> <i>Supercheria.</i> <i>Laesa fidei publicae.</i> <i>Actus dolose.</i> <i>Fraudulentiae.</i> <i>Gabella.</i> <i>Scandali, &amp; mali exempli.</i> <i>Immunitatis ecclesiasticae, obseruantiae. Zelus.</i> <i>Falsae monetae, &amp; delictorum exceptuatorum.</i> <i>Patrie prodicionis.</i> <i>Amicorum traditionis.</i> <i>Sacrilegij.</i> <i>Sortilegij.</i> <i>Lamiarum, &amp; huiusmodi.</i></p>	<p><i>Dammum publicum, vel commune, &amp; Priuatum mali exempli.</i> <i>Irreparabile.</i> <i>Periculum in mora.</i> <i>Deturpatio.</i> <i>Sfrisatio.</i> <i>Infamatio.</i> <i>Vituperatio.</i> <i>Rerum ablatio.</i> <i>Violatio.</i> <i>Factio, &amp; partialitatum introductio.</i> <i>Scandalum publicum.</i> <i>Boni obuiatio.</i> <i>Hereticarum, introductio.</i> <i>Praua, &amp; pernicioza inuentio contra bonum publicum, &amp; priuatum.</i> <i>Fame, &amp; honoris amissio.</i> <i>Carestia.</i> <i>Bellum.</i> <i>Pestis.</i> <i>Auersio a bono ad malum.</i> <i>Destitutio familiae domorum, &amp; populorum.</i></p>
--	---	--

Quae supradicta sunt signa doloris, & digna sum-  
mopere rigoris, & in ijs aequitas silet, vel induit  
rigore. At in alijs praecedentibus rigor induitur e-  
quitate, & cedit locum aequitati. & eo facilius co-  
gnosci potest quando aequitas praeratur rigori, &

rigor aequitati. & quando vtrumque concutrit.  
Cetera quae hic defunt, diligens, & studiosus lector  
supplebit eo. diligentiori, & prudentiori studio,  
qui si equus, & benignus erit, excusabit, & non de-  
trahet bonae voluntati Authoris.

DE DECEM PR AEDICAMENTIS IN QVIBVS  
tota materia aequitatis, & Rigoris tanquam in  
statera pensatur.



**N**UNC sequitur videre,  
qualiter, & quando a-  
quitas praerfertim locum  
habeat in decem praedi-  
camentis, videlicet in  
substantia: Quantitate;  
Qualitate: Relatione:  
Vbi: Quando: Actio-  
ne: Passione: Situ: &  
Habitu. De quibus om-

nibus habetur apud Azo. in Procem. Summ. &  
per Arch. in c. ferrum. 5. Distinct. An ea. in ca. se-  
mel. de reg. iur. in sexto, Barto. in materia testium.  
eo. titu. versi. Post tractatum, & in materia crimi-  
nali per Bald. in l. ea quae. C. de cond. indeb. idem  
in l. data opera. colu. 6. nume. 72. C. qui accus. non  
poss. & ipse quoq; alias circa delicta vsus sum decem  
praedicamentis in prima par. sub nume. 48. vel 53.  
& seq. iuxta. nouiss. impressonem. & nume. 434.  
in 4. par. vbi circa argumentandi modum de praer-  
terito ad praesens. & c. Quippe quae sunt gradus sca-  
lae omnium scientiarum per quam facilius per

eam ascendimus ad eorum cognitionem secun-  
dum Dialectic. (quamuis ab eis aliter intelligen-  
tur) sed adaptabimus illa in nostra statera Rigoris  
& aequitatis, nec mirandum erit, si quandoque v-  
num praedicamentum erit in aliud implicitum,  
cum subiecta materia id exoptulat, & in hoc au-  
thor desiderat aequitatem esse in corde obloquen-  
tium, ne propter detractione a rigore insequantur.  
& cum de aequitate tractetur licebit quandoque  
recedere a rogulis. Bar. in l. 1. in fi. C. de leg. vbi ee-  
teri omnes.

169 Et eum de aequitate primo dicturus sim in praedi-  
camento substantia, dico quod aequitas est sub-  
stantia, quia Deus equus, & iustus est, qui est sum-  
ma substantia, & per contrarium, iniquitas no est  
substantia, sed peruersitas, vt colligitur apud S. Au-  
gust. ex libr. 7. confess. c. 3. & ca. 16. verum opus est  
primo videre quid sit substantia, quae secundum  
Dialect. duplici modo considerari potest, videlicet  
substantia prima, & substantia secunda, vt refert  
Titelman. super Dialect. lib. 2. cap. 15. & seq. Di-  
cens quod omnis substantia videtur hoc aliquid  
signi-

- significare c. 21. vnde quiquid est, substantia est, at S. Tho. in 1. par. sum. m. quaest. 3. artic. 5. dicit quod substantia est res habens quidditatem, cui debetur esse, de per se, & non in alio scilicet subiecto, verum Aristot. dicit, quod cetera praedicamenta praeter substantiam sunt potius accidentia substantiae, 170 quam parè praedicamenta. At Bal. legalis Philo sophus secundum terminos nostros in l. ea qua. nu. 7. C. de cond. indeb. ait substantia est suum esse principale per quod maleficium definitur, & quod secundum legistas substantia non inuenitur in proprio praedicamento, sed in aliis, vnde videtur discordare ab Aristot. dicensque substantiam inesse in quantitate, qualitate, loco, & tempore, & sic in aliis praedicamentis.
- \* Verumtamen secundum nostrum modum loquendi dicamus, quod substantia est in omnibus rebus, & omnes res habent suam substantiam, & ideo à nostratibus Patrimonium appellatur substantia, ut l. vltim. C. de ver. sig. & appellatione patrimonij veniunt omnia bona, iura, actiones, ac nomina debitorum, tex. cum glo. in l. rei appellatione, & in l. bonorum. §. 1. de ver. sign. Simon. de Pret. de interpret. vlt. volunt. 1. Dub. 2. solut. nu. 3. solut. 4. nu. 10. & 3. Dub. 4. solut. nu. 9. Bal. in l. confellos. nu. 47. C. de confess.
- 171 Sed vae illi substantiae, quae per accidens corrumpitur, quod in iudicijs saepe occurrit, quando iudicem oculos non habent ad aequitatem & rigorem diuinae iustitiae: occurrit quoque in rebus venalibus, quas cum malis vendentes corrumpunt & ueriant ut infr. nu. 199. Item occurrit in personis loquacibus, quorum colloquia praua corrumpunt bonos mores, Pau. 2. Cor. c. 15. sint ergo talia accidentia procul à viris probis, quoniam bonum nomen praeualeat diuitijs multis, vt leg. 1. §. hanc enim legem. C. de sam. trin. & fid. cat. nam docet hominem rectè, & rite, ac honeste viuere. l. facta. §. si verò nominis. ff. ad Trebellia.
- 172 Accidentia vero quae absunt, & adsunt praeter rei corruptionem, secundum philos. propriè accidentia dicuntur, & in iure nostro accidentia concreta regulantur secundum naturam subiecti Pott. in §. quadam, instit. de rer. diuis. Hinc circa substantiam in maleficijs vide supra in 1. par. sub nu. 55. versic. multi vt exactius quae faciunt ad hunc propositum.
- Et ex accidentibus, & qualitatibus aggrauantibus & disgrauantibus, percipitur quando procedendum sit cum rigore, & quando cum aequitate, vt supra in tabulis notatum fuit: nam accidentia multum conferunt ad cognoscendum quod quid est secundum Phil. & hinc dicitur quod qualitas magis conuenit accidenti, quam cetera praedicamenta, & in iure dicitur quod qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in de iictis. §. si extraneus. ff. de Noxal. l. si Titius. §. Lucius. ff. de mil. testam. Calca. consi. 15. viso instrumento. nume. 21. 22. 23. & 24. cum seq. & est Doctr. Bar. in l. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. Nunc ad rem.
- 173 Cum igitur dicimus aequitatem locum habere in substantia, est ac si diceremus aequitatem in omnibus locum habere, tex. in l. in omnibus quidem vbi Dec. Cagnol. de reg. iur. vbi bona gloss. & in Auth. de non eligent. secundum nuben. §. cum igitur, ex quo arbitror inuentum fuisse à iudicibus modum mouendi, ni fallor. vide & considera diligenter (quae so) hunc rex. & quod aequitas in omnibus rebus reperiri debeat, facit quod vulgatiter
- 174 dicitur. Parentibus, pietas, cognatis dilectio, amicis fides, & aequitas in omnibus, maxime tamè in iure aequitas spectanda, quasi rex velit dicere in ijs quae sunt iuris, & de iure fiunt, non est dubium quod aequitas semper locum habere debet, & à contrario sensu in ijs quae non sunt iuris, & de iure fieri non possunt rigorosè procedendum est, & glo. in d. l. in omnibus quidem subdicit in omnibus professionibus, Grammatica, & Dialectica, & in ceteris artibus liberalibus, aequitas spectanda est, vt in Poetica, Rethorica, Medicina, & Astrologia, & in nouitia iuris, quae secundum Azo. in sum. super instit. de iust. & iur. nu. 4. ars appellatur, quia finem habet inmutabilem, licet sint aliae pene infinitae artes, vt in proem. digestorum. §. & si quis, 175 vbi Azo. ait, quod ars, dicitur artificium. Nam author iuris est homo, author iustitiae est Deus, & secundum hoc ius, & lex idem significant, ut supra dixi est glo. in l. 1. in verb. ius. de iust. & iur. vbi ars triplicem habet intelligentiam, primò pro scientia iuris. 2. pro iure pratorio. vel civili, tertio pro artificio.
- 176 Verum si quis cupit videre in quibus artibus aequitas locum habet, legat Georg. Vall. Placèr. alias per me allegat. in d. suo amplo, & Illustri tract. De reb. expetend. [ & fug. in duo magna vol. diuiso, non penes omnes, sed à paucis (opinor) visis, vbi in primo vol. agit. De Arithmetica, Musica, Geometria, Astrologia, & de Physiologia, & in 2. vol. De Medicina, Problematicis, Grammatica, Dialectica, Poetica, Rethorica, & de Morali Philosophia, ac de economica, cum alijs, vbi tandem de rebus externis, videlicet de gloria, amplitudine, & ceteris huiusmodi, & doctè ac eleganter, cuiusque artis scientiam docet, tradendo regulas, cum ampliationibus, fallentibus & exceptionibus suis.
- Et qui Geor. à Vall. d. trac. in prin. incipit dicere, haec pauca quae vt pulchra referre volo, cum illius liber, non reperitur apud Bibliothecarios, & est magni valoris, ait quod tria sunt omnino consensu certissimo genera, quae expetuntur, quaeque fugiuntur, vnum quod in anima, alterum quod in corpore, vel natura insedit, vel a seculo est, tertium quod extrinsecus adueniens externum nominamus. quod in anima positum est, tria sunt genera, veritas, virtus, & affectus, veritas dupliciter consideratur, primò dicitur vis animae se ex ipsa statim proferens, vnde infinita animi vires propagantur, Dei maximi optimi munere homini concessa, alio modo veritas est rerum, quae diuinitus sub animo cadunt, qualitas essentialis, & hic vide quae dixi in pract. de test. cir. prin. in 1. part.
- 178 Virtus verò est vis animae, quae corpori moderatur, quae affectus excipit, cognoscitque, & quo iussu recta ratio perducit, ac dirigit, in eoque perseuerans habitum animae comparat optimum, quae de nique Deo fruuntur.
- 179 Affectus autem (secundum Zeno.) est irrationabilis, ac redundans animae commotio in animi naturam irrumpens, Alij, vt per Arist. ducunt quod affectus est aduersa recta ratione aduersum animi naturam commotio, ipsum egritudine, voluptasque comitatur reprehendenda.
- 180 Hinc supra dixi, quod solus affectus non sit punibilis per l. cogitationis. ff. de poen. secus quo ad diuinam iustitiam, & quo ad humanam, quando ad aliquem actum peruentum erit leg. respiciendum. ff. de poen. sed si steterit in puris terminis tunc non carebit reprehensione, & correptione.

181 Vitam Iudices addicerent, quod multoties plus operatur verbalis correctio, quam penalis castigatio: nam in quibusdam multum profant monitiones, & hic est effectus aequitatis, cum non sit statim proflendum ad condemnationem: nam vit bonis etiam non culpam timer.

182 Sed postquam de artibus supra tetigi in quibus aequitas locum habet. Nunc quaedam vitia, non ab retractanda veniunt in Materia statutorum, maximè in illis ciuitatibus, vt Florentiæ, Genuæ, Mediolani, Venetijs, Romæ, & Neapoli vbi sunt Consules Artium, vel sub alio nomine nuncupati Artium Rectores, habentes quandam iurisdictionem in artifices circa eorum artem concernentia, in accessorijs, emergentibus, aone xis, dependentibus, & connexis ab illa arte, seu artificio; ij Consules (inquam) iurisdictionem immediate habent, in alijs vero, (quamuis ab arte mediata prouenientibus) non possunt iudicare: exemplum, si ex causa artis Rixa priuata fiat, Consules cognoscere non possunt, quia prima causa est cognitio Rixæ. At si prima causa est cognitio ciuili circa artem illam, deinde a causa ciuili emergat aliquod incidens criminale, tunc Consules prædicti etiam habent cognitionem in criminali, circumscriptis statutis, de qua re tractat Ias. in l. age. & ibi alij quoque, C. de transact. Bald. in l. & ita, §. eodem modo, ff. Naut. caupo. stab. Barba. consil. 19. columna secunda, volumine tertio Repeten. in l. omnes populi, de iustit. & iur. Bart. Bald. & alij, in l. Mechanici, C. de Monopol. & in l. receptitia, C. de constit. pecu. vide sub numero 51. & 125. part. secunda.

183 Nec Consules habent Iurisdictionem contra matriculatos in illa arte, nec etiam contra matriculatos quando illam artem non exercent, & si contra ordines dict. Artis aliquid committant, vt per Barbat. dict. consil. 19. & illi de dict. arte, qui pro tempore eliguntur Consules, per illorum officium, non delinunt esse artifices. Bar. in l. textoribus, ff. de legat. 3. & ideo de iure etiam Consules ipsi possunt conueniri coram alijs

184 Consulibus consocijs occasione d. artis, non obstante d. statuto generali, nisi adesset statutum speciale, quod prohiberet, ne quis durante consulatu conueniri posset occasione d. artis, per tex. in cap. generi, de regul. iur. Et si sint vnus artis duo tantum Consules, & ambo delinquant, non circa officium, sed circa artem, tunc solet eligi alij duo de d. arte, per modum prouisionis, qui tantum de commissis in arte cognoscunt, contra Consules, non autem de commissis in officio. nisi, si commississent in officio tale quid per quod officio priuandi essent, vt dixi in 5. par. sub num. 2. & 159. D. Petr. Caball. Caf. Cri. 76. vi. Dec. consil. 131. cit. fi. Doc. in l. principalibus, ff. si cert. per. l. pars literarum, ff. de Iudic. & ita consuetudo

185 obseruat, & Consules dum coram alijs deputatis ob commissis ciuilitate in arte conueniuntur, non sunt suspensi ab officio, sed in causis aliorum possunt exercere eorum officium, nisi vt mox dixi, causa esset talis quæ priuandi essent: nam tunc in totum abstinere debent, vti suspensi ab officio, vel dolose contra ordines artis fecerint per supradicta.

186 Nam alios malè regere potest, qui se ipsum contemnit l. i. ff. quod quitque iur. l. de argentarijs, §. penul. vbi Ias. not. ff. de eden. & qui regit, & pro se ordines non seruat, non est bonus moderator aliorum, vt in Auth. de Sanc. Episc. §. 1. & 2. hinc Flor.

in 2. volu. statutor. extat Rubr. i 18. de contractu prohibito fieri cum malegerente facta sua. At si quis artem definit, sed non in totum, adhuc remanet suppositus ordinibus d. artis, Car. dem. r. Not. §. de vita, & honesta. cler. secus si in totum dimiserit illam artem, vt euenit quando aliud exercitium assumpsit. Bar. in l. fin. ff. de excusat. tut. nisi per alium exerceat. Caphal. in l. eum, qui vetigal. de verbor. signification. quo casu adhuc gaudet beneficio artis primæ, & huius artis secundæ, si fuerit in vtraque matriculatus, l. secundum naturam, de reg. iur. Castren. in l. in Prouinciali, §. fin. ff. de oper. nou. nuntiat. vi. in hoc propos. quod dixi supra, in 4. par. num. 465.

Hinc non possum non doleri, vel mirari de illis, qui nil habent nilve proprij possident, nisi ipsam ambitionem, relinquentes artem maiorum suorum, vt nobiles appareant, nec habeant aliquid quod manducant, & tamen manducant, bibunt, vestiunt, ludunt, & voluptatibus operam ferè sine in remissione incumbunt, & pur dicitur, qui non laborat non manducat, sicut not. glo. in l. quamuis, ff. de Damn. infect. sed ij habent forte in corde præceptum Hippocr. in Aphorism. 16. dicens, vbi fames laborandum non est, ergo si quis non laborat non manducat, sequitur quod qui famem habet, non laborando peribit, & facillime decoctus erit, & in carceribus digeret offam, sic eadem Hippocrat. Doctrina, conuincuntur, quamuis non me lateat suum dictum versari circa sanitatem tuendam, hæc ioci causa dicta sint, iuxt. illud quandoque Bonus dormitat Homerus.

188 Modò quero, statutum dicit quod exercentes artem Mechanicam, non possint esse de Consiliarijs, vel de tali Collegio, nunquid per alium artem exercens, sit comprehensus à statuto, & exclusus ab illo munere? & videtur quod sic iux. vulg. reg. Qui per alium facit per se ipsum facere videtur, l. si per alium, ff. ne quis eum, qui in ius voc. est vi. exim. l. si quis id, §. penultim. ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. i. ff. eo. quod fac. erit, l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. cum similib. tamen hæc regula fallit, quia statutum proprie intelligi debet, l. quicquid astringendæ, ff. de verb. oblig. & sic statutum videtur requirere factum propriæ

189 personæ, & non alterius. Nam si Nobiles artem Mechanicam per seruos, aut sclauos, vel per inuito res exercent, non amittunt Nobilitatem, ad not. per Tiraq. tract. de nobil. cap. 17. num. 7. cum sequer Alciat. in l. merces. nu. 9. ff. de verb. signific. latè Crauet. consil. 163. nu. 1. cum seq. quod est Not. ad declarationem, No. legum anni 1576. in Ciuitate Genuæ circa artes Mechanicas. Inter quas Ars serica, & Lanæ sunt connumeratæ, a quibus multi Ciues se abdicauerunt, & abstinerunt, sed per alios exercent, & ij sunt positi in Seminario Optimatum, & effecti habiles ad Dignitatem Senatoriam, de hoc vi. in prac. de test. p. 1. sub num. 47. vbi aliqua in propos. dixi.

190 Verum enim verò Ars vilis, & Mechanica aut nobilis est illa, quæ secundum communem opinionem Urbis, vel loci in quo exercetur, vti Mechanica aut nobilis reputatur, et pro tali habetur, l. 1. §. is, ff. de muner. Bar. latè in l. 1. C. de excus. lib. 10. Alciat. in l. Mercis, nu. 10. de verb. sign. Tiraq. tract. de nobilit. cap. 34. in princip. Caualea. facit Decis. 41. nu. 23. p. 1. secundum hanc communem interpretationem, & vsum Patriæ statuta intelligi debent, l. Labeo, vbi Bar. ff. de supellect. leg. Alciat. de præsum. præsump. 48. reg. 1. Alb. contil. 43.



num. 3. vi. ad hæc Carpa. Super statu. Mediol. cap. 415. num. 9.

Hinc est quod Florentiæ, quæ est Ciuitas Illustrissima nemini secunda, Ars setica, & Lanæ, nobilis reputatur, & est neruus ciuitatis: & qui parentes talem artem exercentes habent, non sunt exclusi à Dignitate Clarissimorum, qui appellantur quarantaotto perpetuò electi à Serenissimo Magno Duce, ob quorum electionem passim ob obitum aliorum, siendam, ciues adeo lætantur, vt fere in vrbe Romæ, quando à Summo Pontifice creantur Cardinales, & ij de hoc numero 48. appellantur Clarissimi, ex quibus de trimestre in trimestre eligunt Consiliarij numero quinque, qui Senatores dicuntur, & illorum in alma Ciuitate Florentiæ Magistratus dicitur supremus, & sunt habiles ad habitum Crucis Illustriss. Religionis Diui Stephani recipiendum, ac quarumcunque aliarum Religionum Nobilissimorum Virorum sæcularium, & Ecclesiasticorum.

191 Quid si quis sit matriculatus in diuersis artibus coram quo est conueniendus, & absolutè conuenitur coram Iudice seu consule illius artis ex qualis oritur, text. in l. legatis feruis, de leg. 3. at si occasio litis, vel causa oriatur ab vtraque arte, tunc ad Iudicem communem recurrendum est, videlicet ad Iudicem ordinarium vniuersarum causarum, puta coram Pæfere ciuitatis, vel loci, vt l. 3. ff. Naut. cap. stabul. Bald. in l. receptitia, numero 11. C. de constitu. pecu. Cor. consil. 318. part. 1.

192 Consules autem Artium nequeunt condere statuta, nec condita valent, nisi à superiore comprobata fuerint, vel nisi talis absoluta facultas illis competierit Bald. in dict. l. receptitia, in princip. C. de constitu. pecu. & licet dicat quod inter ipsos statuere possunt, excepto quando statutum saperet naturam Monopolij, per l. 1. C. de Monopol. tamen id verum non est nisi in Ciuitatibus, quæ per Rempublicam reguntur, secus quando habent vnum caput in Dominum in totum, quia sine licentia eorum Principis, nec statuere, nec reformare valent quicquam, vt per scrib. in l. omnes populi, de iust. & iur. & in l. cunctos populos, C. de Summ. Trin. & Fid. Car. & ad prædicta vide Decian. de Delict. lib. 11. capit. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. tom. 1. idem in materia Monopol. & Artific. libr. 7. eod. tit. de Monopol. car. 108. tom. 2. vbi in propos. dicit, quod non possunt statuere quod vnus non se intromittat in artem alterius, quia id esset contra bonos mores, ar. l. stipulatio hoc modo, de verborum obligation. tenet Bald. in l. 1. ver. No. quod Mechanici, C. de Monopol. Minusque possunt perpetuo interdiceret alicui, ne suam artem exerceat, nisi ex causa ad tempus, Decian. dict. capitul. primo, & Canon. in capitu. primo, de Sagittar. in cap. ex literis, de Constitu. & in l. fin. ff. de pen. Nec possunt facere quod artifex non possit seruire per substitutum, nisi electa sit Industria personæ, l. viam veritatis, ff. locat. vbi gloss. & Doctor. l. inter artifices, ff. de solut. Caualea. Decisio. 25. numero 37. part. secunda, Caroc. tract. locat. part. secunda titul. De Industria personæ, & vide, quæ dixi supra, part. prima, numero 269. part. secunda, 263. part. 5. numero 79. idem etiam quando legitimo impedimento esset detentus, l. de pollicitationibus, ff. de pollicita. sed in hoc æquitas suadet, vt excusetur, per l. impossibilium, ff. de regul. iur. & quando inueniret equè idoneum sibi in

illa arte, posset supplere, l. si mater, & ibi gloss. C. de institut. & substitut. vide Gozad. cir. hoc in consil. 27. numero 6. vbi quando quis promisit, & iurauit facere cum effectu, ita & taliter, impossibilitatem non excusare a damno, & interesse. per Aret. in l. stipulatus, §. possum, ff. de verborum obligation. & per Ias. & alios quos Gozad. ibi allegat.

193 Et si fieret statutum generale, quod omnes Artifices soluant decem pro arte sua, non comprehenderentur Procuratores causas de iure patrocinantes, nec alij qui scientiam docent, quoniam huiusmodi statutum intelligi debet tantummodo de arte, & opera Manuali, & non de arte scientiali, id est de arte, quæ per Doctrinam exercetur. Firma. de Gabell. in Reper. Ars versic. 2. antè med. & vi. Cagnol. in proem. fforum, sub numero 138. & Rauell. sing. 89. co. ver. artis. Quamuis quoque Ars dicitur, vt supra per l. 1. vbi gloss. ff. de iust. & iur. Nec etiam locum habet in Discipulos artis Manualis, Alber. de Rosat. super statu. quæst. 211. in 2. par.

Et ideò Ioculatores, Buffones, Balatrones, & similes de quibus apud Horat. Ambubaiarum Collegia, Minimi, Balatrones, & Saltatores, & Destrictores Cozzoni, schernitores, & similes, qui quæstum Arte sua faciunt tenentur soluere gabellam. Dominic. de S. Gemina. cap. 1. de vit. & honestat. cleric.

194 Et coquus, qui non moratur in Domo alicuius Nobilis, & illi inseruiens, sed facit de se coquinam, & tenet apertam coquinam, & Apothecam pro vendendis rebus coctis, & crudis, vt Romæ, Genuæ, Mediolani, Neapoli, tunc tenetur soluere gabellam, & comprehenditur sub statuto prædicto tanquam artifex Manualis, per l. si quid venditor, §. venditor, versic. idem ff. de ædil. edic. sed hæc tam gulæ parata commoditas facit adulescentes nequam, & senes podagrosos. & Patresfamilias pauperes reddit, & tot mala exinde parturiuntur, quæ (si coquinarij, pnblici non reperirentur) cessarent, quia sine Cerere, & Baccho friget Venus, & lingua non balbutit, nec blasphemax, caput non dolet, & dorsa non tormentantur a Baculo oblinguam carentem osso.

195 Arma, & aromata, ac venenum vendentes bona intentione, & seruatis seruandis, ex quo ad bonum, & malum deseruire possunt, non peccant, vt 23. part. 5. de occidendis, & 5. quæst. 5. non omnis, vi. Nauarr. Manual. confess. cap. 14. sub numero 38. licet de iure communi flagitiosum sit talia vendere, vt l. 1. §. 1. & l. eiusdem, ff. de sicar. Alexand. consil. 203. num. 4. volumine 2. & re vera quo ad vendentes venenum, res valde periculosa est, & ideò Tu Aromatari caue: & cui des videto. sum. Ang. in ver. negotiatio, ver. Quid de artificibus, num. 4. & 5. vi. infra sub num. 21. vers. Nec Christianis.

196 Et ibi damnat imensos sumptus circa Camisiarum colaria, quæ tolerari non debent, quid hodie diceret S. Thom. si videret luxum hodiernum, tam in masculis, quam in feminis, vt nullus vix reperiatur, qui non impendat multò plus in colario, quam in interula, proh dolor, & pudor.

197 Sciantque talium impensarum inuentores, quod de omni malo inde proueniente, ipsi sunt rationem reddituri, & in vtroq; foro contra eos rigorose semota æquitate, procedendum erit, per l. si culpa, ff. de iur. iurã. & damn. dat. Nauar. Manual. confess.

confess. cap. 23. numero 17. sicuti damnat facientes flores sericos, & huiusmodi vana, & inutilia præsertim diebus festiuis, cum ipsa natura, quæ tot in tanta varietate flores producat, cui ad vnguem Ars nunquam comparari poterit, nisi dixeris quod tempore Hyemali flores naturales deficiunt, & quod causa alimentandi fiunt. nam hoc in casu excusandi sunt, cap. quæ propter necessitatem, de regul. iur. & audita missa, & sine scandalo, hoc in casu etiam diebus festiuis laborari potest. Nauarr. cap. 13. num. 10. & 11. & per tot. illud cap. vbi tractat, quæ sint opera seruilia, quæ licet in diebus festiuis fiunt, vt num. 3. & quæ sunt prohibita, num. 6. Hinc non sine scandalo permittuntur, & tolerantur, nescio quo spiritu) fittores, & factores, Aromatarij, Pizzicaroles, Lanij, & huiusmodi palam, & publice, & nedum in Apothecis, sed in plateis, & vijs publicis laborare, suere, vendere diebus festiuis etiam Pasceatis, non aduertendo ad scandala, quæ dantur nedum Habitatoribus, verum, etiam forensibus, & quod peius est Diebus Quadragesimalibus, Lanij palam, & publicè carnes vendunt appensasque tenent, quod Christianis maxime prohiberi deberet, vel saltem cautè, & amoto scandalo permittendum est, causa necessitatis, & hoc onus pertinet ad Antistites, & Curatos animarum, ipsi viderint.

198 Et quo ad abusiones in foro fori, non habentur propriè pro Delictis, & pœna corporalis locum non habet secundum Bald. in l. quicumque column. 2. num. 6. & 7. C. de seru. fugit. tamen transgressores puniuntur ad instar abusus armorum, vt supra dictum est in 4. par. sub num. 128. 148. & alibi. Nam abusus non excusat. clem. 2. in princ. vbi Car. & dicitur consuetudo contraria legibus, & canonib. quando est irrationabilis. Car. Clem. 1. de pœn. & remiss.

199 Dixi num. 171. non esse vendendas res vitiatas & corruptas cum bonis, quamuis non desunt aliqui qui tenent hoc fieri posse, vt D. Caball. Caf. 80. vbi de tritico corrupto mixto cum bono, alij tenent quod aqua possit cum mero misceri: Item quod aromatarij crustam panis assatam tritam immiscerent cum pipere, & Radices, cum alijs Drogherijs, & Drogantibus, ipse verò me remitto in hoc potissimum Sacris Theologis, vi. Nauarr. confess. c. 23. nu. 89. & seq. vbi videtur velle quod manifestum defectum venditor propalare non teneatur, nec occultum, quod non est notabiliter emptori damnosum, nec talis quod eo non obstante emptor emere non defineret, licet agrè, dum modo minuat pretium, quia à quantitate pretij potest percipi quod res non est omnimodè bonitatis: at si venderet pro vt vendere solet omnimoda bona, tunc peccat, & non licet, sed ad effugiendum peccandi viam, bona non debent cum malis immisceri, quando vtriusque substantia confunditur, sed si remanet, vt in tritico in quo licet mixto cognoscitur bonitas, & prauitas, tunc cessat fraus, facit §. quod si frumento, instit. de rer. Diuis. facit etiam Odofred. in l. 1. C. de transact. sed quo ad Aromatarios si Radices, herbas, panem assatum, & huiusmodi miscerent cum Drogantibus peccant, & decipiunt, & similiter vinum aqua mixtum pro mero vendentes etiam quod à gustu, & a qualitate pretij cognosci possit, an sit vinum aquaticum, debent propalare, & si non propalant decipiunt, vide S. Thom. 2. 2. q. 77. vbi dicit quod emptor volens conseruare vsq; ad ætatem putrescet, Nauarr. dict. cap. 23. num. 90.

200 Triplex dicitur esse defectus circa rem, quæ venditur, primus secundum rei speciem, vt puta si vedatur auricalcum pro auro, aut vinum mixtum aqua pro puro, vt supra. secundus defectus est secundum qualitatem ponderis, aut mensuræ, vt si quis scienter vtatur illis defectuosis, & mancis. scriptum est enim statera dolosa, abominatio est apud Dominum, & pondus æquum voluntas eius. Prouerb. cap. 11. Tertius est ex parte qualitatis, puta si animal morbosum vendatur pro sano, in ijs etibus casibus venditor fraudem committere dicitur, & illicita est venditio, & teneatur ad restitutionem, si verò ignoranter, tenetur tantummodo emendare damnum emptori, postquam sciuit, Nauarr. Manual. confess. cap. 23. Surd. d. num. 89. & seq. Ludo. Carbo. de Restitu. omn. Rer. quæst. 52. versic. sexta conclusio. cum ibi per eum adduct. vi Zas. in §. item si quis, instit. de act. Docto. in §. cum ex aliena materia. Institutio. de Rer. diuis.

201 At quo ad animal morbosum, venditor vtroque iure denuntiare emptori qualitatem occultam equi morbofi, l. 1. C. de ædilit. edict. Bonacoss. tract. de equis, q. 384. & antè q. 84. & 86. vbi si venditor dixerit vendere equum cum omnibus suis magagnis, non sufficit, sed tenetur in specie exprimere. Ang. & alij in l. si quis, ff. de public. Saly. d. l. 1. C. de ædil. edict. sic tenetur detegere in foro poli morbum occultum secundum S. Thom. secunda secundæ quæstio. 78. articul. 3. Seraphin. in suis Caf. Conscient. Caf. 47. & vide Nauarr. d. cap. 23. num. 90. cum seq.

\* Sed est quod equus morbosus sit à Mari scalco, ipsi non competit Redhibitoria, quia scire debebat. Mant. sing. 250. num. 40. Nec talis redhibitoria competit Medico ducenti vxorem morbosam, per d. iura.

Cæterum quando fit immixtio duarum specierum retinentium propriam speciem visibilem, fit diuisio, & separatio, & quilibet Dominus retinet suam: at si difficilis sit, tunc ille erit Dominus, qui immiscuit, sed tenetur alteri ad interesse, ar. §. cum in aliena. instit. de rer. diuis. vnde si diuisionem causetur diminutio specierum, tunc Iudex iubere non debet, vt separatio fiat, nec illarum diuisio, l. usufructuarium, §. si in varijs, ff. de usufru. Ias. ad Porc. recenset factum Iacobi de Butr. qui in Platea emporij volebat emere dimidium fici, & illum diuidere, de quo a muliere vendente reprehensus & irrisus fuit, ex quo ficus non patitur diuisionem in cista, sed dum in ore ponitur, & recensetur de illis duabus mulieribus quarum vna prætendebat filium alterius esse suum, & cum Mater vera contradiceret, Salomon Rex dixit afferte mihi gladium, & inquit ad illas tollite gladium, & diuidite infantem viuum in duas partes, at vera Mater noluit, sed maluit viuum infantem dari alteri mulieri cuius filius non erat, quam illum diuidendo occidere, altera verò mulier dixit, nec mihi, nec tibi, sed diuidatur, & Rex Salomon cognouit cuius erat filius, & dedit Matri suæ, vt in tertio Reg. capit. 5. 16.

202 Et postquam locuti sumus de artibus, & artificibus, adhuc sciendum est, quod non licet Christianis fabricare aliquo modo synagogas, vel Moschias infidelium, quamuis illi tolerentur in conuertendo (vt dixi part. prima, sub nume. 44. vel 49. S. Thom. 2. 2. quæstio. 169. articu. 2. quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona, nec licet ferre scalas, vel aliud Instrumentum, aut aliam rem

dicta de causa ad Hebræos, & qui scienter talia ad dictum usum subministrat, mortaliter peccat, sicuti peccant illi rustici afferentes ad Hebræos Ramos virides data opera pro eorum umbraculis, quos frascatus appellant, iux. ritum antiquæ legis Exod. c. 23. 16. dicta Enechtenia. Nec latæ Christianæ est alendus infans infidelium, nec cum eis licita est conuersatio, esio, nec aliquod commercium habere, sub pœna excommunicationis 28. q. 1. nullus, & si Iudæus miscuerit scienter se cum Christiana carnaliter, tradendus est curiæ seculari. Fel. in c. in nonnullis. vbi etiam Abb. de Iudæis & vsque ad mortem puniri debet. & contra Christianus, cum Iudæa carnaliter se immiscens grauissima pœna plectendus est, & vi. Pau. Ghirlan. de Pan. omnifar. coitus, q. 12. per tot. & ibi iura per eum adduct. sed vt in genue fatear, mihi videtur maiori pœna afficiendum esse Christianum, quam Iudæum ex quo grauius peccat, qui veritatem magis agnoscit, & à veritate recedit, nisi dixeris quod Christiani sunt æquitatis capaces, Iudæi nequaquam, sed toto rigore contra eos procedendum esse, vt infra numero 641. vbi multa in hoc propos.

\* Nec Christianis, licet tempore Belli iniusti deferre arma ad hostes, nec illa pro eis fabricare, secundum Seraph. cas. conscien. 13. vbi damnat etiam illos qui fabricant aleas, & taxillos, ac sortes ludendi causa, quamuis ad bonum, & malum fiant, & de hac re alias dixi, p. 1. nume. 281. cir. fi. & regulariter ludus, cum eis est de genere prohibitorum, l. 1. & 2. ff. de ale. lus. & aleato. c. Episcopus. 35. Dis. Nisi realiter, & non animo decipiendi, sed recreandi gratia fiat, idem Seraph. Cas. 5. S. Thom. 2. 2. q. 168. Nauar. confess. cap. 20. per tot. & gratia exercitij, & solatij conceditur. Afflict. de feud. tit. quibus mo. feu. amit. c. primo, nu. 31. at Ludendo ludus prohibito, ludens peccat, & tenetur ad restitutionem. Nauar. loc. cit. & dicitur ludus prohibitus vbi versatur fortuna, tantum vel fortuna, & industria simul. no. glo. in d. l. 1. ff. de aleator. & non datur actio contra perentem, l. si filiofamilias, ff. quar. rer. act. non datur, & ideo dixi sup. par. 1. sub nu. 281. in fi. quod ludens ad credentiam, in ludis prohibitis nullo modo obtinere potest. Ludou. Carbo. de restitu. omn. rer. cap. 42. nisi ludat ad ludum non prohibitum, qui est quædo solum in eo versatur industria, vt ludus scaccorum, pilæ, & saltus, l. qua ratione ad leg. Aquil. Amad. de syndi. nu. 91. & 92. sed non potest ad credentiam ludere, nisi vnum solidum, l. fi. C. de relig. & sumpt. fun. sed ipse teneo quod nihil. quia esset occasio citò prodigalitatis, & paupertatis, & obuiandum est ijs periculis, vt experientia docet. Carbo. loco citato, vbi contra illos, qui domum, aleas, taxillos, candelas, & alia ad ludum apta, accommodant, & lusoribus subministrant: nam is in eadem damnatione est, sicuti spectator, quando incitat, prouocat, & inuitat alios ad ludum. Put. tractat. de Lud. tex. d. l. fin. C. de relig. & sumpt. fun. & Caccialup. eo. tract. & eo magis, si ad effectum consequendi paragentes, seu emolumentum isti accommodat, aut prouocent luxores. est enim turpis quæstus, & occasio periculosissima peccandi, & qui in ijs periculis se ponit, peccat: nam cauendum est à scandalis, & periculis. Nauar. confess. cap. 14. num. 26. & sequ. idem de conuenientibus in comedij obsecnis, & in materia ludi. vi. etiam Ludou. Carbo. de restitu. omn. rer. cap. 37. 38. 39. & 40. cum sequ. vbi omnes ferè alleg. & tractat, qui nam sit ludus licitus, & illicitus, et quando amissa in ludo sint

restituenda, et de personis quibus omnino ludere quouis modo sit prohibitum, vt clericis, & huiusmodi, qui ludo quamuis tarocorum, aut scaccorum non debent ludere: nam tempus perdunt, & maiorem curam præbent, quam officio diuino, alijs verò non religiosis licitum est quandoque, non semper ludere, scaccis, damæ, marelæ, & ludo pilæ. Afflict. d. titu. quib. mod. feu. amit. cap. primo, nume. 31. Seraph. d. Cas. consc. 5. vbi in fin. damnat ludum taxillorum, & cartarum propter eminentis periculum. S. Th. quem alle. Amad. de synd. nume. 96. non contradicit. Verumtamen abusus iste adeo præualuit, & radices in ossibus Genuensium, Florentinorum, Romanorum, Venetorum Mediolanensium, & cunctarum ciuitatum Italiae dilatauit, quod ille, qui liber ab hoc vitio, & immunis reperitur, gratias toto posse Deo Optimo Max. reddere debet: nam ludus facit homines ferè stultos, & vt plurimum miserabiles diuites reddit. Pœnæ autem contra ludentes sunt. nã ludens cum falsis tenetur pœna falsi l. arbitrio. ff. de dol. Amad. de syndi. nu. 93. & vincens tenetur pœna furti, l. falsus, in primo, ff. de fur. 3. potest ex officio in vtroque foro inquiri contra ludentes. d. l. fi. C. de relig. & sumpt. quarto omnis contractus inter lusores ex causa ludi factus, non tenet, Amad. vbi supra nu. 94. quinto domus ludi prohibiti confiscari potest, Salyc. in l. fi. C. de fal. monet. quinto tenentes ludum, percussus, vel vulnerati, aut iniuriandi ex causa ludi, non possunt querelando obtinere, l. 1. in prin. ff. de aleator. Amad. num. 95. vbi nec ciuilitè, nec criminaliter.

203 Nunc redeundo, vnde digressus sum, ad æquitatem, quam locum habere in substantia, & consequenter in omni re, maxime in iure sup. dictum fuit, scias quod iuris benigna interpretatione aliqua recipiuntur, quæ de stricto iure non recipiuntur, & si lex ad alium casum non extenditur, Marc. Mant. sing. 83. num. 1. & 3. Porro æquitas est fundamentum interpretandi iura Bal. in l. si defunctus. col. 2. versi. & not. C. de suis, & legit. Caphal. consilio 412. numero vndecimo, volum. tertio, æquitas mouet iudicem, æquitas agit causam fauorabilem, æquitas etiam in iure non scripto nidum habet, vt in consuetudine dixi supra §. ex non scripto. instit. de iur. nat. gent. & ciuil. & cum in dicta leg. in omnibus quidem, maxime in iure, adest dictio hæc (maxime) ipsa utrumque ius scriptum, & non scriptum amplectitur, licet maior ratio sit in vno, quam in altero, glo. in leg. illud, ff. ad leg. Aquil. gloss. in capitu. sponsam, de sponsal. Qua de re in consuetudine, stylo, et moribus, æquitas locum habet: nam qui omne dicit nullum excludit. leg. cum prætor. ff. de iudic. cum simil. Item in responsis prudentum, Placitis principum, rescriptis, & priuilegijs. De ijs toto titulo institut. de iur. natur. gent. & ciuil. & ad hæc vi. Georg. à Vall. Placent. dicto suo tractat. de rebus expeten. & fug. libro 41. capitu. primo, et secundum Ioan. dicta glo. in omnibus. similiter, in pactis, contractibus, vltimis voluntatibus, & iudicijs, & tam in criminalibus, quam in ciuilibus, item in omnibus personis tam laicis, quam ecclesiasticis, præterquam in Iudæis, Hæreticis, & alijs infidelibus, cõtra quos solum rigor locum habet. & de prædictis omnibus, passim & specialiter, & utiliter dicemus.

205 Sed antequam ad particularia descendamus, sciendum est quod ipse non loquor de illa æquitate, quæ a propria animi passione deriuatur, Nam hæc vt plurimum iuri scripto aduersatur, vt notant Bar.

Bar. & alij in d. l. 1. C. de leg. & in d. l. placuit. C. de iud. Abb. in capit. ult. de transact. sed sermo noster est de ea æquitate, quæ etsi legibus non specificetur, attamen legibus non contrariatur, alioquin nihil esset vel certum, vel perpetuum in iure nostro, quibuslibet causarum statum ad quâtamlibet imaginariam æquitatem detorquentibus, sicut eleganter scribit Zas. consil. vñdecimo, nume. 35. libr. primo, quem refert Mynsinger. in obseruat. Centur. sexta, obser. 63. num. 4. nunc ad particularia descendamus.

*Æquitas in Aula, & in consistorio Principis locum habet.*

*Cap. Primo.*



Rimò igitur æquitas locum habet in Aula, & consistorio Principis, in cuius consilio summo pere nititur, vnde Salom. Proverb. c. 2. §. ait. Aufer impietate de vultu Regis, & firmabitur iustitia thronus eius, & cap. 16.

Pondus & statera iudicia domini sunt, & iniquitas expellitur, vt inquit Imper. in procem. institu. in princ. & si. text. in l. Aemilius, de minor. & in l. vbi cum que, vbi Bart. nu. 10. ff. de vsucap. qui dicit quod solus Imperator facit æquitatem non scriptam ex rationibus de quibus per Mynsinger. in cetero. 6. obser. 63. sub nu. 4. & iam supra dixi sub nu. 117. cum seq. & nu. 131. vñ. æquitas iudex verò sequitur æquitatem scriptam, at Princeps est legibus solutus, quamuis legibus viuere debet. l. princeps. l. digna vox. ff. de leg. & proprium Principis est, esse benignum, & æquum. Afflict. de feud. titul. de pac. tenen. & eius violator. ca. si quis, nu. 6. car. 211. Afm. pract. §. 3. num. 2. & 3. & si quando indignationem eius aliquis incurrit, siue sit comminata, siue non, nihilominus prudens consiliarius eam mitigabit, Salom. Proverb. cap. 16. indignatio Regis, nunciij mortis, & vir sapiens placabit eam. Quinimmo Princeps quicquid perpetam, & iniquè factum est, & reperitur esse factum solet cassare, & annullare, & ad æquitatem reducere, ca. veritatis. vbi Abb. de dol. & contumac. Vant. de null. an. quælibet senten. nume. 23. car. 43. dixi. in §. par. nu. 60. & si quid iniuste iussit præsumitur fuisse circumuentus. Boss. in tit. de princ. & priu. eius. Nec ideo potest de variatione, seu inconstantia notari, sed dici potest quod errauerit. nam cum Princeps sit homo errare potest, quia humanum est peccare, Angelicum emendare, & diabolicum perseverare. Sed nequaquam. licet nulli subditorum arguere Principem de iniquitate, & de iniustitia, absit tantus error. vi. sup. sub nu. 70. ver. & in tantum. sed electi sunt vt fides, ac iuramentum propulso legum, ac prenarum metu ciuitatem regerent. Tit. Liui. li. 2. in hoc enim Reges, sicut eis diuinitus præcipitur Deo seruiunt, in quantum reges sunt, si in suo regno bona iubeant, mala prohibeant, non solum quæ pertinent ad humanam societatem, verum etiam quæ ad diuinam religionem. S. Augu. contra Cresconium Grammat. lib. 31. Verum aliquando silentiarij, & alij à dextris principum astates, quandoque authoritatem arrogant, & seu tyrannizant, non permittentes subditos alloqui per principem, sed ipsi tanquam idola responsiones, prout magis placet ipsis, dant, dicentes, ita princeps iubet, quæ verba nunquam ab ore boni principis exierunt,

& ideo solet dici, quod principis consensus, & audientia ponuntur inter casus fortuitos. not. Barto. in l. continuus, §. cum quis, de verb. obl. Peregr. de fideicommiss. ar. 11. nu. 101. idem dicitur de sententijs. Tandem princeps ex causa facere potest quod æquitas non scripta præferatur æquitate scripta, §. sed & quod principi. institu. de iur. nat. gen. & ciui. sed de potestate ordinaria id facere non possunt, immo siue ordinaria potestate, siue extraordinaria aliquid iubeant, vel iudicent, semper cum causa legitima fecisse præsumendum, vt latè per Bossi. d. tit. de princ. & priu. eius. Nec denegatur restitutio de æquitate aduersus sententiam principis, vel Papæ, quando sub prætextu erroris restitutio petitur, præsertim quando imprudentia, & circumductioni partis ascribitur, & multo magis ob iura de nouo reperta, Sforz. Odd. De restitu. in integ. par. 2. q. 72. nume. 61. 62. & seq. sed si quis obtinuerit restitutionem, & illam spreuerit, vel uti beneficio, d. restitutionis noluerit, non meretur amplius restitui. cum vigilantibus, & non negligentibus iura subueniant, l. pupilli. in fin. ff. de ijs quæ in frau. cred. & specialitates non sunt multiplicandæ. præsertim in præiudicium alterius, l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in loc. publ. vi. infra nu. 527. Sforz. Odd. de restitu. quæst. 1. art. 8. Vnde discant consiliarij semper consulere ea quæ sapiunt æquitatem, quam rigore, exceptis illis casibus in quibus opus est adhibere rigorem: nam iustitia æquitas non est propellenda, quauis vndique deiecta hæc virtus, & humilis apparet ad regale fastigiū, & aulas principum, restricta vinculis adire non potest, neque oculos inijcere potest vbi pessimi adsunt consultores, neque in ea ciuitate apparet vlla, vbi Iuriscōsulti scelerum sunt, inuidia, & iniquitatum sectatores, propter eorum auaritiam, & ignorantiam. Nam plus valor librorum suorum redderet in census conuersus, quam in pulchra cortina, & apparatu multitudinis librorum, quorum studiū magis pro Bibliotheca, quam pro capacitate ingenij, eorumque exercitio deseruire posset, vt de ijs apud Hier. Perbo. in d. suo tract. intitulat. Ouluario. li. 23. tit. de iustitia. vbi paulo inferius. Tanta, ait, æquitatis iura nobis numine permittente sancita sunt, vt etiam qui iniurijs affecti sunt, iniuriam remittere teneantur, si conscientia partes locū possident, non dico illatum damnum, consiliarij verò proprium commodum publico supponere debet, vt principem rectè consulant hæc ille. Et in summa etiam contra sententiam in rem iudicatam transactam est succurrendum, quando iniquitas, & iniustitia est patens, & æquitas id suadere videtur, vt sup. nu. 143. De hoc apud Boss. tot. titu. si aduersus rem iud. restitu. postul. & tot. titu. de reme. ex sol. Clem. prin. contr. sent. cum tit. seq. & an. & quando æquitas locum habeat in rescriptis dicam infra sub nu. 311. cum plur. seq. Et quia sententia principis præsumitur iuste lata, etiãsi apparet contra ius posituum lata, tenet, Secus si contra naturalē equitatem, quia naturalia nequaquam sunt mutabilia, & tanquam æquum, & bonum ius naturale decet illibatam permanere, §. sed naturalia. institu. de iur. nat. nisi ex causa principem appareat voluisse uti plenitudine potestatis. Vant. tit. an. quæ lib. senten. & c. nu. 13. 19. 105. vbi quando sententia principis, subiaceat nullitatibus, quæ vi. & in 1. p. sub nu. 112. & 168. 170. & 248. ibi ipse dixi. Quinimmo æquitas Palatij principis non curat de præiudicio, dummodo lis bene & rectè expediatur ne pereat ius partis, Rot. Decif. 20. in no. & eam adducit Mascar. de probat. conclus. 130. nu. 10. vol. 1. nimirum si palpato ali-

quantisper de iniustitia, non obstante re iudicata Principes revisionem concedunt non tamen passim, sed vbi æquitas suadere videtur vide infra nume. 527.

Uterius in Consistorio Principis æquitas locū habet vt dixi, & in tantum operatur, quod si ab ordinibus non admittitur appellatio, nihilominus, grauamen adeo ingens & notorium apparere posset, iniustum & iniquum, quod melius esset revisionem concedere, quam rigorem ordinum pati, quoniam illorum opinio, qui aiunt, melius esse permittere, aliquam sententiam (quamuis perniciosam, habere executionem, quam introducere vsū reuidentis sententias in Consistorio Principis latis, & hinc aliud inconueniens adducitur, quod quandoq; ob minus malum permittitur iudicare, et tunc non dicitur mali vsus introductio equidem huiusmodi rationes sunt deuie ab æquitate naturali, gentium, ac diuinarum, & humanarum legum, nam de iure naturali æquum est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiores. l. iure naturæ de reg. iur. ca. locupletari. eo. tit. in 6. Sic iure naturali primæuo, quod pro nobis non vellemus, alijs facere non debemus, trad. Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & Doct. in l. is natura debet. nu. 3. & seq. de reg. iur. iure ciuili sanctius est nocentem absolueri, quam nocentem condemnare. l. absentem. ff. de pen. & non est prohibita reclamatio Salyc. in l. cum antea. §. 1. C. de arb. Abb. consi. 2. par. 1. Nec restitutio vt supr. nu. 208. cir. fi. & Marant. de ord. iudic. par. 6. nu. 11. 12. 77. & de reuisionibus solitis concedi, vi. Mago. Decif. 90. & Decif. 120. & quod de iure communi reuifio concedatur, vbi adest enormis & enormissima læsio, tenet Iaf. in l. si. num. 4. ff. qui satisda. cog. Soc. iun. in Reg. in verb. sententia. Gabriel. 10. concl. tit. de arbit. conclus. 3. num. 1. etiam non obstante statuto. Grat. consi. 30. vol. 1. Aleiat. consil. 721. Kirchou. 10. concl. Centur. 4. concl. 53. etiam quod per partes renūtiatum fuisset reuifioni. Paul. de Castr. consi. 260. visis compromisso. num. 3. vbi etiam stante iuramento. vol. 1. Dec. consil. 39. nu. 6. Anchar. q. 3. nu. 7. par. 2. Sed opus est absolute, Gabr. d. conclus. 3. nu. 38. & enormis læsio dicitur. est illa quæ ascendit ad sextam partem vt per Capol. consil. 29. vbi affirmat esse eo. op. Curt. iun. consi. 79. & Dec. consi. 39. Enormissima verò læsio dicitur, quando quis est læsus in totum. Ruin. consi. 11. vol. 4. consi. 109. vol. 1. & hos & alios allegat Gabr. tit. de empt. conclus. 1. nu. 7. & 8. Et in materia reuifionis vi. Carp. super statu. Mediol. in Ciuil. c. 116. in ver. admitti sub nu. 76. cū mult. seq. & de iure Canonico non est dubium tex. in c. cum speciali. §. porro de appellat. vbi ad defensam iniuriam passi, & offensa iudice iniquo oppressis succurrendum est, Marant. de ord. iudic. par. 6. nume. 236. vi. infra sub num. 215. omnibus alijs remedijs sublatis, non est sublatum officium iudicis, ut supra dixi fundatum in æquitate sub num. 118. verfic. & ex hac æquitate, Afm. de execut. §. 3. cap. 323. nume. 5. vi. Rebuff. tract. de appellat. ar. 3. gloil. 2. tandem de iure diuino quod non patitur vnquam quod quis iniuste sit condemnatus, sed quod ius suum vnique tribuatur supr. nume. 66. cū plur. seq. Et ideo minus iuridica est opinio contrarium tenentium, quæ fundatur super fuga laboris, nec per hoc lites immortales fieri dicentur, sed potius lites iusto & æquo fine terminabuntur, nec quicquam congaudebit super iniquitate, cum per hanc æquitatem quam Princeps facere potest iniquitas sublata erit, vt iup. nume. 208. per tot. nec erit in-

roducere malum vsū, sed potius causabitur à nō admiffione reuifionis in casibus in quibus de æquitate concedenda est, & in hoc propos. vi. quæ dixi in 5. par. sub nu. 60. per tot.

209 Similiter æquitas locum habet in omnibus Magistratibus, vbi causæ pupillorum, orphanorum, viduarum, pauperum, & aliarum miserabilium personarum tractantur, sicut in omnibus alijs tribunalijs in quibus proceditur de bono, & æquo, sola facti veritate inspecta, quorum virtute verborum, iudex potest iudicare (vt fertur) tanquam Deus, vt dixit Bal. in l. penul. in ver. sexto quero. C. de iur. delib. Nat. in repet. clem. sèpè, de verb. sign. Afm. §. 3. c. 3. num. 4. & c. seq. vbi multa in propos. de hac clausula & per Cauca. Decif. 10. num. 35. Decif. 12. nu. 59. Decif. 19. num. 33. par. 1. & potest iudex cum hac clausula credere testi rationem per suam reddenti, Bal. in l. solam. C. de test. nu. 9. dixi supra in 3. part. nu. 86. & adde Neuzza. consil. 89. nu. 39. & Ferrant. Garz. Patrocini. 38. & Florentia, vbi adest Nob. Magistratus Dominorū conseruatorum legum, quibus facultas datur procedendi in causis pauperum etiam sine petitione in scriptis aut libello, sed auditis partibus, & corū iuribus semel, aut bis, & terminandi, & decidendi per simplicem deliberationem, summarie, sola facti veritate inspecta, de bono & æquo & secundū conscientiam iudicare debentium, ita cauetur ex ordinibus anni 1572. sub die 29. Aprilis per leg. Duc. ex quorum facultate colligitur, quod solemnitates attendi non debent, quia non sapiunt æquitatem, sed apices iuris, de quibus supra dixi num. vnde bene dicit Salamon. Prouerb. c. 29. Rex qui iudicat in veritate pauperes, Thronus eius in æternum firmabitur.

211 Hinc vna deducitur vtilitas, quod si quis coram d. Magistratu partem tantum suæ prætenfionis duxerit in scriptis, & in progressu partem ore tenus expresserit, etiam in calculo ferenda sententia, dummodo clarè liquet, & pars citata sit, in contradictorio iudicio is obtinere debet, Aquens. in l. 1. ff. de offic. assessor. & stante d. clausula de bono & æquo sententia ferri potest super probatis, etiam nulla petitione præmissa, vel nulla facta litis contestatione, Afm. pract. §. 3. capit. 5. nume. 2. & cap. 6. num. 2. ubi ait quod sententia ferri quoque potest, quamuis non sit conformis libello, etiam super libello inepto. 161. num. 10. & tempore feriarum, in honorem hominum. §. 3. c. 7. nu. 1. ca. 22. nu. 2. & 3.

212 Præterea quando Princeps, alter iubet aut delegat, quod procedatur secundum æquitatem, ista clausula non extenditur ad decidendum, sed duntaxat ad procedendum, Bald. in leg. qui procuratorem. col. 2. uerf. pone quod datur arbitrium. ff. de procur. Dec. in c. ex parte il 2. nume. 13. de offic. deleg. ubi in Addit. ait quod quando modus procedendi alteratur, non videtur alteratus modus decidendi, & circa hoc quattuor effectus assignat primo, quod per hanc clausulam secundum æquitatem pactum nudum non habet locum, secundo, quod possessor condemnari potest reiecta præscriptionis exceptione, tertio quod summarie procedatur, quarto quod exceptio excussionis non attendatur, nimirum quia hæc duæ exceptiones sunt de apicibus iuris. adde scilicet, quod iudex nō debet sequi æquitatem propriæ ceruicis, sed illam, quæ est iuris, vt per Rom. consil. 149. num. 3. Abb. consil. 91. col. 1. lib. 1. lit. I. & dixi etiam in 1. part. nu. 110. cum seq.

\* Verum hæc clausula secundum æquitatem, non valet

valet tantum quantum clausula sola facti veritate inspecta, vt etiam dicam infra sub nume. 568. at si ambò coniungantur, mirabiles effectus pariunt, inter quos admittitur compensatio speciei ad quantitatem, & important manum regiam, vt inquit Boer. consi. crim. 213. vol. 5. & nihilominus procedendo sola facti veritate inspecta, iudex non debet ab æquitate scripta discedere, vel à consuetudine approbata, vt pluries dictum fuit, & facit Canalca. d. Decis. 5. num. 26 p. 5. Decis. 9. nu. 11. Rot. Bono. Decis. 28. in fi. Cachera. Decis. 92. nu. 35. maxime quando debitor est pauper. poterit tamen credere probationibus persuasivis. Bertazol. consi. 278. nu. 13. vol. 2. & poterit iudicare, vt princeps, vt Deus. idem Bertazol. consi. 160. nu. 3. vol. 2.

313 Postremo in consistorio Principis, & ab illis qui stant à latere eius subditi sunt tanquam filij tractandi: quia æquitas id exposcit. §. & eos. in au. th. vt iud. sine quoquo suffrag. Pietas namque paterni nominis, non in atrocitate, sed in æquitate consistere debet, & consilium pro conseruandis, & non destruendis subditis capi debet. vt l. 1. ff. ad le. Iul. de parricid. & ad hoc propos. quam plura adducit Dy. in c. in iudic. de reg. iur. in 6. & misericordia, & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Salom. Prou. cap. 20.

Et vice versa subditi inuigilare debent, vt sint fideles, neue in aula Principis quidquam temerè attentare velint, sed illius consistorium per ostiũ, & per gradus ascendant, nam qui non intrat per ostium sur, & latro est, vt sunt illi qui nullis virtutibus absq; meritis, sed via munerum, & huiusmodi indirectè ingrediuntur, caueant à contemptu, quoniam cõtemnere, est in plus delinquere, quam non parere, sic Luc. de Pen. in l. qui fiscales. C. de Nauicul. lib. 11. Fatinae. de Carcer. & carcerat. q. 30. num. 73. & ideo maiori pœna plectendus est, vt dixi in 4. par. sub nu. 9. & seq.

Personæ verò, quæ prætermisso iudice ordinario, possunt immediate adire tribunal Principis, ita æquitate permittente, enumerantur in l. prima. C. quan. Imperator. inter pupill. & viduam. vbi pupilli, viduæ, & qui continuo morbo laborant, & ceteræ miserabiles personæ, vt orphani, & pauperes, quæ inuita extra proprium forum minimè extrahi possunt, quia hæc habent priuilegium quod possunt extrahere alios, sed ipsas extrahi nequaquam. Item scias quod regulariter non potest appellari ab ordinario immediate ad consistorium Principis, sed de æquitate canonica admittitur. c. si duobus. vbi glo. de appel. præsertim miserabilibus personis licitum est vltimo scias quod determinatio quæ fit circa lites, & causarum decisiones in consistorio Principis appellatur diffinitiuæ sanctionis, alij vt Rip. in rubr. de constitu. dicit appellari pragmaticam sanctionem. num. 33. 34. & 35. sed hoc parum refert, sat est, quod est finis inreuoocabilis litium, §. sed & quod principi. instit. de iur. nat. gent. &c.

*Aequitas in iudicijs. Cap. II.*

314 **I**n iudicijs æquitas locum habet, præsertim in iudicijs bonæ fidei. l. actione. §. si communis. ff. pro Soc. l. quod si Ephesi. & ibi glo. & Doct. ff. eo quod cer. loc. tex. & Doct. in l. placuit. C. de iudic. & in l. 1. ff. de iustit. & iur. l. in omnibus quidem, de reg. iur. prima yti-

litas, quæ ex hoc colligitur ea est, quia forma rigoris non attenditur in modo procedendi, Nec quo ad pratorias stipulationes statatur rigori præcisè, vnde si quis promiserit representare aliquem toties quoties, & sic per verba indefiniti temporis, tamen æquitas contentatur de duabus vicibus. dixi. in 2. par. nu. 180. & alibi est materia l. si duobus. §. si ei qui. in verb. exhibuerit, vbi Rom. & alij. ff. de iniur. Bar. in l. si quis reum. col. 1. versi. circa hanc legem. ff. de custo. reor. Luc. de Pen. in l. si quis Decurio. col. 4. C. de decur. lib. 10. Afflict. Decis. 46. & hos & alios alleg. Tiraqu. in l. Boues. §. Hoc sermone. nu. 46. 47. & 48. de verbor. oblig. per quem tex. etsi regulariter actus intelligatur de prima vice tantum, tamen quando primus actus de benignitate non tenet, tunc intelligitur de secundo actu, l. hæc conditio. la prima. ff. de condi. & demon. Bal. in c. olim ex litteris. col. 2. de rescr. & ad regulam de primo actu vi. quæ inf. dicam. Si verò causa agatur coram probis viris, seu coram pragmaticis viris, qui sapientes viri appellantur, quique ex partium consensu absque lite causas dirimunt, vt per Rip. in rub. de constitu. sub nu. 34. tunc sola æquitate vtuntur. & pro bono pacis quandoque rigores l. moris. §. solet. ff. de pœn.

Item in iudicijs de æquitate admittuntur exceptiones, non tamen friuolæ, de quibus dixi sup. sub no. 144. ver. item statuta, Alber. de statu. libro 1. q. 65. & 152. Bar. in l. 1. vbi Alex. ff. quod vi. aut clam. & latè de exceptionibus à statuto remotis loquitur Afin. pract. §. 31. c. 20. cum omnibus cap. sequ. vsque ad fin. d. §. 31. & Carpa. super statu. Mediol. in ciui. c. 498. nu. 25. cum seq. vbi friuolæ exceptiones dicuntur, quæ nil prodesse possunt. vt per Menoc. de ar. cal. 197. num. 4. Rebuff. tract. concor. in rubr. de friuol. excep. similiter & omnes exceptiones merè calumniosæ reijciuntur, non obstante statuto. Afin. de execut. §. 3. cap. 2. 1. 2. 23. cum plur. seq.

In iudicijs quoque de æquitate dantur dilationes, de quibus locurus sum in pract. de test. par. 5. sub num. 30. cum plur. sequ. præsertim quarta dilatio summa æquitate datur, cum rigor obstet. ca. vltra tertiam. de test. & ibi canon. Afin. d. pract. §. 21. c. 1. nu. 2. & 9. vbi æquitate suadente posse iudicem adhuc transacto termino expectare sua benignitate partem. Bar. in l. 1. §. post edictum. ff. de iudic. & ideo non denegantur prorogationes, quia melius est peccare in tempore quam in sententia. ideo non videtur tutum dum Bero. in c. cum sit Romana, nu. 53. extra de appellat. tenet prorogationem instantiæ, communem, & publicam vtilitatem impugnare. vt refert Af. §. 1. c. 9. num. 5. & quamuis positionibus sit respondendum purè, & simpliciter. vt ferè per tot. Italiam extant statuta, alioquin pro cõfesso respondens habeatur, nihilominus æquitas permittit, quod ex causa possit modificatè responderi. Bal. in l. iusiurandum. §. ait prætor. ff. de iureiuran. Afin. d. §. 19. c. 17. & 21. vbi sub num. 3. refert Alciat. in d. l. iusiurandum, dicentem quod iudex de æquitate ponentis euitadæ calumniæ causa, qualificatam responsionem admittit. & ibi tenet Bal. Rom. & Iaf. in §. non semper. de iureiuran. vi. in hoc proposito quæ dicam inf. sub nume. 219. ver. nunquid.

\* Nec in iudicio habetur acceptio personarum, quatenus ad maius, vel minus dignas, vel plus, aut minus diuites. nam scriptum est pauperis non misereberis in iudicio, ne diuiti fiat iniustitia, ut in Deuteronom. c. 1. Exod. cap. 12. & propter iniustitiam, pauperem in iudicio non defendes. S. Hiero.

ad

ad Rust. Epist. 11. li. 3. tex. in c. volentes. de priuil. lib. 6. vbi Papa dicit se priuilegiatorum iura defendere velle: ita vt aliorum iura non perturbet. Caball. Milleloq. 698. p. 2. S. Pau. ad Rom. ca. 2. non enim est acceptio personarum apud Deum & ad Gal. c. 2. Nam Deus personam hominis non accipit. Verū tamen in paritate plus fauē Ium reo, quā actori, plus pauperi, quam diuiti, plus piæ causæ, quam seculari, plus orphanis, viduis, pupillis, ignaris, & imbecilibus, quam alijs de quibus passim dicemus. nam æquitas, caritas, & pietas sunt forores germanæ. At in claris vtrique parti quod iustum, & æquum est & erga omnes indistinctè obseruandum est, facit Dy. in ca. in iudicijs, vbi add. lit. d. de reg. iur. in 6.

\* Et attentata æquitate, & pietate, impium, ac natura ipsa abhorredum est, quod Pater valeat incarcerare filium si ob iram, & non ad terrorem, & emendam non facit, Aret. super institu. §. 1. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. & impijssimum quod Pater, aut filius fame pereat. l. vel necare. de lib. alb. & lites inter Patrem & filium sunt detestabiles, & mali exempli. l. parentes. & l. generaliter vbi gl. ff. de in ius voc. & tot. ti. C. de patr. pot. & latè dixi in prima par. & facit tot. tit. C. de patr. qui fil. distinx. tot. ti. De ijs qui fil. occid. in decret. Non sic tractandæ sunt causæ Hebræorum de quibus dicā in prædicamento actio, nam sunt omni rigore digni, quia æquitatis inimici sunt.

215 Et circa controuersias inter patrem, & filium, virum, & uxorem, fratres, & sorores, solēt Principes, pro bono pacis quandoque vti æquitate non scripta, ad effectū vt citò auferatur occasio, & præcludatur via odij & scandali. nam intestina sunt odia inter correlarios vt adterti in pract. de test. 4. par. sub nu. 57. exemplo Remuli, & Romuli. Cain & Abel & apud Val. Max. multa trad. exempla.

\* Rursus, vbi in iudicio proceditur æquitate naturali inspecta, & iuris gentium, citatio tolli non potest, modus autem citandi sic, vt dixi par. 1. nume. 172. & 174. sic dictum fuit supra, quod vbi appellatio à statuto denegetur, nihilominus de iure Canonico, ita æquitate suadente appellari potest. Nā iure Canonico omnis quomodocūque oppressus appellare potest. c. ad Romanam. c. ideo & §. cum ergo. 2. q. 6. glo. in c. à iudicibus. d. q. 6. Bar. Bald. & Salyc. & alij in l. 1. C. de arbit. & plura alia iura alleg. Blanc. de compromiss. q. 10. nu. 9. & vi. sup. ante nu. 209. vers. & de iure Canonico.

216 Aliqui fortè dicent excussionem sapere naturā æquitaris, vt supra sub nu. 144. vers. & quo, ex quo in iudicio excutiendus esset prius principalis quā fideiussor, cum fideiussoria actio sit subsidiaria, §. si fideiussor. institu. de fideiuss. auth. præsentē. C. eo. autem hoc si debitor. C. de pignor. Doct. in l. si. vbi Alex. ff. si cer. pet. tamen fideiussor in solidum, & equè principaliter se obligauit cum renuntijs fieri solitis de quibus per Marf. d. Rubr. de fideiuss. cir. princ. num. 3. ipse fideiussor absque vlla excussione debitoris principalis conueniri potest, Marf. nume. 8. idem in causa criminali in qua excussio cessat nu. 27. idem quando fideiussio est facta per instrumentum guarantee. nu. 3. idem quando fideiussor iurauit soluere. nam etiam quod non renuntiauerit excussionis beneficio carebit. Bald. in c. ex rescripto. de iur. iura. cum alijs de quibus per Marf. l. num. 9. idem quando debitor notoriè non est soluendo, vt nu. 10. & alijs pluribus casibus de quibus per eum nu. 11. 13. & 14. & prout infr. Gomez. de fideiuss. nu. 14. nam contractus ab initio sunt voluntarij, ex post facto sunt necessarij. l. sicut & l.

fi. C. de act. & oblig. & eo magis quia excussio est de apicibus iuris, quo fit, vt quando in iudicio proceditur, veritate, & æquitate attentata, excussio locū non habet, Bar. in l. 1. ff. de cond. in deb. Marf. de fi. deiuss. nu. 12. Benedic. de Plumb. tracta. de discuss. num. 25. Rom. consil. 430. vel saltem reijci potest Menoc. de arb. q. 51. nu. 10. At si agatur contra tertium, non hæredem, vel non correum debitoris principalis, tunc excussio locum habebit, non obstante pacto, vel statuto tot. tit. res inter act. Crau. conf. 263. sub nu. 3. 4. 5. & seq. quod est notandum pro creditoribus, vt in bonis assignatis vxori, excussio fiat pro quantitate dotis tantum, residuum vero dictorum bonorum sit creditorum. Nam æquitas contra æquitatem non pugnat. l. hac lege. C. de pact. quod procedit quando talis excussio à tertio opponatur pro suo interesse, non autem in vim dilatoriæ. Rot. Genue. Decis. 90. nu. 9. & 10. Negusan. de pign. 8. mem. nu. 31. nisi instrumentum adesset constitutum precarij. Sed tunc agitur ad assistentia contra tertium excussione non facta secundum Marant. Spec. aur. in 4. par. vlt. Distinc. nume. 11. vbi alleg. Ang. & Alex. in l. exitus. col. 2. ff. de acq. poss.

Et stante statuto Florentino Rubr. 59. vol. 2. reijciente excussionem, pro ut etiam Mediol. c. 189. in nouiss. reijcientibus excussionem etiam ab extraneis oppositam, similiter Venetijs seruatur, vt fideiussor non excussio principali conueniatur, vt consuluit Fulgo. conf. 109. quem refert Menoc. d. q. 51. nu. 12. hæc statuta benignam interpretationē recipiunt, vt contra tertium nō intelligatur excussio reiecta secundum Bart. & alios in l. omnes populi, de iust. & iur. secus quo ad debitorem debitoris, quoniam absque excussione, vtili hypothecaria, vel vtili personali potest conueniri, & exequi contra eum, Bart. in l. si conuenit de pign. actio. idem in l. non prius. C. quan. fisc. vel priuat. Doct. in l. à Diuo pio. §. super rebus. ff. de re iud. vi. Capol. cautel. 31. Sed si exceptio excussionis non fuerit opposita in prima instantia, minus opponi poterit in causa appellationis, Bart. in l. si ego. ff. de damn. infect. & tempus opponendi illam regulariter est ante litem contestatam, licet Gabr. 10. conclus. tit. de fideiussor. concl. 1. nume. 9. teneat quod etiam post lit. contesta. tanquam anomala exceptio opponi possit per glo. fi. in fin. l. 3. ff. de except. sed sub nu. 12. tenet quod ante litem contestatam debeat opponi, & dicit esse magis com. op. nu. 14. quo tempore etiam in vim dilatoriæ non reijcitur quamuis sit de apicibus iuris circa ordinem Marant. in d. pract. in proem. vbi trad. Quando, & in quibus ordo sit seruandus, & ibi num. 16. ponit excussionem. Sed reuera post litem contestatam de æquitate in vim peremptoriæ pro interesse tertij opposita substinebitur, vt ait Crauer. d. consil. 261. sub nu. 5. vbi firmat quod statutum non intelligitur tollere exceptiones peremptorias, scrib. in c. ex parte de offic. deleg. Postremo exceptione nō opposita, si liquido de ea ex eadem scriptura constet, iudex eius ex suo officio rationem habere potest. l. eum qui ita §. qui ita vbi Bar. de verb. oblig. Negusan. de pignor. 3. membr. 5. par. nu. 13. Afina. de exceptionibus. §. 7. capit. 55. num. 8. item quando ex actis constat. §. 3. capit. 155. numer. 6. vnde si deficiat citatio, iudex ex actis id videns potest talis defectus rationem habere, & sic de similibus.

217 Insuper not. quod si agatur coram iudice laico inter clericum & laicum circa spolum, licet de rigore iuris remedium c. reintegranda. 3. q. 1. habet tantum

tantum locum in foro ecclesiastico tamē de æquitate etiam habebit locum in foro seculari, vt per Ferrar. pract. Pap. in for. libell. in caus. spol. possess. glo. 1. col. 3. vers. sed in hoc, & ver. in contrarium. at hæc op. habet hinc inde contradicentes vt per Menoc. de recup. poss. Rem. 15. sub nu. 13. cū seq. quod est notādū, quia deseruire possent ad multa, præsertim vt æqualitas in iudicijs seruetur, de qua re infra latius dicam, & re vera si illationes omnes in hæc 6. par. vellem passim recensere, nunquā daretur finis, satis videtur exempla aliqua tradidisse, secundum subiectam materiam tigroris & æquitatis.

\* An autem in iudicio liceat uti cautelis ad decipiendum, & conuincendum aduersarium, prima fronte videtur respondendū quod non, quia, æquitas, & rigor iuris hoc nequaquam patiuntur. leg. 3. in prin. ff. de iudi. l. generaliter. C. de institu. & substitu. & facit tex. instit. quod cū eo. qui in alie. pot. in prin. Attamen sunt multi casus in quibus videtur permissum (non dico) fraudulenter decipere, absit, sed ex industria damnum auertere et fraudem fraude repellere. Marsi. sing. 177. Decia. de delict. eo. tit. de frau. d. c. 5. & ut infr. nu. 224. & 226. & de hoc est tex. in l. si filiusfamilias. §. Diui. uers. quod si liberis. ff. de leg. 1. & plura in hoc propos. allegat Tiraq. de retract. consangu. in præfat. num. 69. & 74. ubi eo loci fraudem, id est damnum explicat. & ait quod sicut clauis clauo truditur, & paxillus paxillo, & labor labore, ita permittitur litigantibus uti cautelis huiusmodi, amoto semper animo, & citra intentionem fraudandi, sed dumtaxat tuendi ius suum omni meliori modo, & quantum fieri potest, quemadmodum lupus à vulpe deceptus fuit, & ad effugiendum periculū & furorem Domini stans pro astutia sumitur, vt legitur de illo villico mammonæ iniquitatis in Euange. Luc. c. 16. facit Damaf. Reg. Cano. 20. & Reg. 30. at si verò cū fraude partem deceperit fraus illi patrocinare non poterit d. Reg. 20. vi. infr. nu. 219. ideoque caue & attende, quia æquitas negligentibus, & balordis non suffragatur, Salyc. in l. si ea. C. qui accus. non poss. Mascari. de probat. conclus. 1239. nu. 43. vol. 30. Nemo enim debet assumere illud officium ad quod incapacitas sui ingenij reddit illud inhabile alioquin est in culpa.

118 Cautela satis à Doct. & practicantibus ventilata est, per quam arguitur pars de falso, siue circa instrumentum, siue testes. nam formatur interrogatorium contra partem, per quod pars ipsa post publicationem interpellatur, an velit uti dicto testium, vel instrumento producto, de quo per Bar. in l. diuus la 2. ff. de fals. Clar. in §. falsum uers. utes falso, & si pars nolit respondere, iudex potest illā cogere sub pœna conuicti & confessi, Caball. mil. leloq. 850. in fi. cum ibi per eum adduct. in 2. par. & hoc non obstante illa protestatione quæ fieri solet cum ista clausula si & in quārum, de qua Fol. ler. consi. 140. inter conscri. diuer. tom. 1. Bero. cō. fi. 22. nu. 34. vol. 3. Capyc. Decif. 67. in fi. & esse ueriorē op. dicit Baiar. ad Clar. plures alios allegans in d. §. falsum sub nu. 119. & vi. Laur. Tenni. caut. 70. Nihilominus si pars respondeat nolle uti, nisi in tali, & tali parte præcisa, hæc responsio de æquitate est admissibilis, Bal. in c. dilectus nu. 15. de cō. suctu. & Surd. Decif. 16. qui testatur Senatū Mātū ita seruasse, sed tutior cautela erit respondere, quod uult uti si & in quantum testes ueritatem dixerint, quia pœnam falsi euitabit, de qua in l. penult. C. de probat. Caball. ubi supr. milleloq. 850. par. 2. Sed talis cautela non prodesset, quando ante

interrogationem iam exhibite, & reproducte fuissent attestations, vel instrumentum, quibus dictum protestatum uel sit uelle uti, vt per Docto. in d. l. penul. C. de probat. Menoc. de arb. cas. 315. nu. 30. Felin. in c. præsentium. nu. 11. de test. Boss. tit. de fals. nu. 154. Foller. mox allegat. in sua prac. uers. sic. Item quod commisit falsum nu. 44. Rui. consil. 86. num. 6. vol. 4. ad quod non aduertunt multi cauidici & procuratores Florentini, in illa prolixā, de more productione iurium, & ita intelligendus est Baiar. ad Clar. d. §. falsum sub num. 121. & 137. ubi prædictos allegat. Nec prodesset contra positiones facientes, quandoquidem diuersa uidetur ratio, quia ponens fateri dicitur, vt dixi in 4. part. nu. 362. & 363. & est aduertendum quod si iudex cognoscit intentari hoc incidens causa differendæ causæ ciuili tantum, etiam quod iudex (non temere) id præsumat, poterit reijcere hanc falsitatis exceptionem per l. satis apertè. C. de fals. Ana. in cap. super extra, de crim. fals. A sin. De execut. §. 3. capit. 19.

Sed obiter quæro an contra producentem falsos testes vel falsum instrumentum in iudicio, opus sit nouo processu, aliqui tenent quod non, vt Menoch. de arbit. iud. cas. 306. Anch. consil. 173. cir. fi. Alex. consil. 35. vol. 2. Boss. in tit. Quomo. per except. proceda. nu. 4. licet in fi. dica. co. op. esse in contrarium vt testatur Aret. in c. causam quæ, de test. & nu. 5. ait procedere primam op. quando quis est conuictus, & non confessus, ideoque cautela de qua supra suum operatur effectum. ipse uero semper obseruati, & obseruari uidi, quod facta tali interrogatione, de qua mox supra dixi, & habita responsione affirmatiua, formatur contra partem inquisitio ab eo iudice coram quo deposuit & cōstituto reo, dantur defensiones, Quia acta in causa ciuili inter easdem partes, præcipuè dicta de causa faciunt fidem in iudicio criminali maxime coram eodem iudice vi. in 3. par. num. 242. & 243. & in pract. de test. par. 3. nu. 284. cum seq. vi. Gram. lib. 2. conf. 42. Feder. de Sen. conf. 135. col. fi. Viui. lib. 2. Dec. 313. nu. 1.2. & 3. ubi nu. 7. ait quod producēs sacculum cum scripturis in eo, censetur omnia in sacculo produxisse hæc autem de iure cōmuni nullam habent difficultatem. Boss. d. tit. quo proced. per except. nu. 9. secus de consuetudine quarundā ciuitatum. Nam etsi coram Rota ciuili incidens criminale emerferit, causa ciuili suspenditur, dum criminalis tractatur coram Magistratu Dominor. Octo de Balia sed Bal. in l. fi. C. de fid. instrum. relatus à Stracc. in pract. c. 2. sub num. 2. & 3. determinat quod tuncj supersedetur in causa ciuili si agitur criminaliter contra principalem, secus si contra testes tantum, Ang. de malef. in verb. cōparent. 23. nu. 20. at circumscriptis statuto, aut consuetudine, causa incidentis criminalis spectat ad iudicem coram quo ciuili agebatur. Rol. consil. 12. vol. 2. quem Baiar. ad Clar. alleg. in §. falsum sub nu. 247. Bal. in l. presbyter. nu. 2. C. de episc. & cler. Boss. late in tit. quomo. proced. per except. & ipse dixi par. 1. nu. 51. nu. 125. p. 3. & nu. 2. & nu. 288. p. 4. in summa quis non poterit de falso condemnari siue coram vno, siue coram alio iudice, nisi excipiens de falsitate id petierit, vel iudex possit ex officio inquirere. Boss. d. tit. quomo. per except. Et ideo si iudex lanæ Flor. qui est iudex etiam in exequendo, non posset in causis criminalibus se intromittere, sed in mixtis tantum, posset etiam cognoscere de executionibus prohibitis ratione prædicta, & etiā quia tunc dicitur incidens hoc tangere suum officium, & non interesse inter priuatos, & in pertinentibus



neutibus ad eius officium non intelligitur esse quidquam prohibitum illi, quo minus procedere non possit contra transgressores, videtur tex. in l. 4. C. de sport. Ias. in l. quoties, C. de Iudic. Doc. in l. nullum, C. de test. Dec. consil. 44. sub num. 6. verfi. sed Iudex, Castr. consil. 91. ante num. 9. vo. 1. Menoc. de arb. quaestio. 91. dixi num. 51. par. 1. num. 125. par. 2. num. 288. par. 4. pulchrè Boff. in tit. de foro competen. sub num. 121. & quid sit incidens, & dependens trad. Signorol. de Homod. & Raph. Fulgos. in quodam consil. infer. ante Cautel. Capoll. Menoc. de Arb. quaest. 45. & si iudici ordinario concessa est iurisdictio exequendi utique concessum intelligitur esse omne illud sine quo exequi minime posset, l. ad rem mobilem, ff. de procur. cap. cum infinitas, de pœn. & remiss. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. sub num. 48. ver. quæ simili vbi in fortior. ter. quando aures Iudicis sunt offensæ ad dicto falsi testis, quanto magis quando eius Maiestas est offensæ, vt in non parendo eius mandatis, facit Bar. in l. hoc iure, §. aqua, ff. de aqu. quot. & æstiu. & Doct. qui titubare videntur, loquuntur in Delegato, non autem in Iudice ordinario, & ad prædicta videtur etiam facere Ro. consil. 242. & 243. circ. fin. & vi. Do. Petr. Caball. cas. crim. 82. sub num. 13. vbi Alleg. Bal. in l. quod euirandi, C. de condict. ob. turp. cau. vi. in hoc proposito sup. in 1. par. sub num. 132. & 133. & ita seruauit Florentiæ vt iudex, & officialis maior vniuersitatis Artis lanæ, vltra quod statutum d. artis dat authoritatem, circa annexa, cõnexa, emergentia, & dependentia, & quendam iussi plebsi iactu funis publice qui aduersus executores se opposuerat approbante Serenissimo Domino.

219 Nunquid Debitor in centum, si interrogetur simpliciter an debeat ducentum, possit equè simpliciter respondere quod non, & videtur dicendum quod sic per tex. cum materia in l. qui solidum, vbi Bar. de leg. 2. & l. si quis cum totum, ff. de except. rei iud. l. is qui ducenta, §. vtrum, de reb. dub. l. pupillus, §. vlt. de verborum significat. Sed Covarru. variat. resolut. tom. 2. lib. 1. cap. 2. sub num. 3. & 4. distinguit ponendo tres casus. Primus est quando quis mutauit, & breui manu recepit mutuum, nam potest ille qui mutuo accepit negare quod nõ accepit, ex quo falso petitur est sibi mutuum, Marfil. sing. 177. Secundus casus est cum ego cogor respondere tuis positionibus, possum simpliciter negare, ex quo scio quod tibi restitui. Tertius est casus, si quis positionibus respondere teneatur, an mutuo accepit, & soluit, potest respondere nego vt petitur, & hæc responsio est satis in vsu, & de responsione qualificata iam supra dixi sub numero 214. versic. in iudicijs quoque, ibi & quamuis positionibus. Vnde non dicor mendax, nec decipere Aduersarium, qui à me petit, quod illi restitui, & ipse inique trahit me inuitum ad iudicium, cogitque me respondere. Sic possum illius versutiam eludere, vt ait Covarru. loc. cit. & vi. in propof. supra in 3. par. sub num. 62. cum seq. & num. 72. & seq. pulchrè Caball. milleloq. 244. par. 1.

Præterea, si quis plus debito petat, potest e totum negari simpliciter, nam intelligitur responsio facta legitime, contra petitionem non legitimam, §. si quis agens, & §. plus autem, & ibi Doct. Institut. de act. & in discussione causæ, si probetur tantum de parte debiti, tunc pro illa parte duplicabuntur induciæ, & sic Reus debitor non poterit cogi statim ad soluendum, quia de iure communi loco amissionis causæ, hodie pœna contra plus petentem de æquitate introducta est, vt tan-

tummodo duplicentur induciæ, vt in tex. dict. §. si quis agens, vbi Ias. num. 1. cum seq.

\* Sed si actor minor erit, restituitur aduersus duplicationem induciarum, docto de errore dict. §. si quis agens, vbi Ias. num. 4. cum sequi. vel aduersus condemnationem in damnis duplicatis, quando Reus damnum passus esse allegaret, & si ante tempus conuentum debitor à creditore molestaretur, condemnandus esset creditor in triplicatis damnis, vt d. §. plus autem, & §. sed cum triplici, & §. sed hæc quidem, sed debitor per hoc non liberatur à debito, quoniam sublato antiquo rigore, superuenit æquitas quæ non patitur quod in rebus diuiduis vile per inutile vitietur, l. Græca, §. illud, ff. de fideiuss. l. 1. §. item quaeritur, cum §. seq. ff. de aqu. quotid. & æstiu. facit Pet. Duen. Reg. 185. ver. ampla quarto, & dixi supra num. 30. & infra numero 139. & 372. vltra quod in maiori summa inest minor, par. 1. num. 263. per l. 3. §. si quis plus, ff. de aliment. l. 1. §. stipulanti, de verborum obligatio. vbi Ias. ampliat, & limitat, ad quam reg. facit illa præpositio philos. ut qui dat esse, dat consequentiam ad esse, & illud vulgare qui scripsit septem fecit sex, & qui dixit decem dixit novem, vi. Caball. milleloq. 245. par. 1. Et nota, quod filius familias de rigore iuris non tenetur primis creditoribus qui cum eo contraxerunt, sed factus maior, vel sui iuris, vel emancipatus tenetur de æquitate eis ex illo edicto de capite minutis, tot. tit. quod cum eo qui in alie. pot. neg. esse gest. dix. nam illud edictum resuscitat primis creditoribus veteres actiones utiles, vel indulget actionem in factum, l. 1. de minor. sed in quantum facere potest, & plura remedia competunt, ut d. tit. ubi Doct.

\* Item si quis egit ad centum coram eo Iudice, qui non potest cognoscere, nisi usque ad summam 50. si Debitor non opposuit de incompetencia, iudicium ualebit, quia facta tenent, l. patre furioso, ubi Ias. ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. at in contrarium uidetur tenere Bal. in l. certa, col. 1. ver. pone statutum, C. quando prouoc. non est necess. & vi. eundem in l. ampliorem, §. in refutatorijs, in fi. C. de appellat. nam ibi iurisdictio prorogata uidetur, quod à partibus fieri non potest, Alber. Brun. super 3. uolum. statut. in ver. iurisdictio. versic. 37. faciunt quæ supra dixi num. 143. & pulchrè Gomez. var. resolut. ut de indiuiduis sub num. 4. ver. pulchrum tamen dubium. Attamen prima opinio est uerior in reo reconueniente, quia Reus trahitur ad iudicium inuitus. Secus, si esset actor, qui ultra summam taxatam ageret, quia non posset, ut per Bar. in d. certa, C. quando prouoc. non est necess. & ad hoc Ias. in l. si per errorem, ff. de iurisdict. omn. iudic. vi. in 1. par. sub num. 269.

\* Iterum pone statutum dicit, quod iudex possit cognoscere vsque ad certam summam pura usque ad libras triginta. Quidam est creditor libr. 60. & petit solum usque ad summam taxatam, uidelicet libr. 30. an iudicium procedet? dicitur quod sic, quia æquitas id postulat, l. si idem cum eodem, vbi Bal. de iurisdict. omnium iudic. Ro. sing. 41. Mathes. sing. 115. & ibi Add. vbi insert ad Cautelam, quod si quis non habet securas probationes paratas petat parum. nam si testes in residuo contradicant, melius in alio iudicio probare curabit, vi. in 1. par. sub num. 263. lit. A. B. C. D. Similiter statutum dicit quod quis non possit audiri, nisi vsque ad certam summam, si conueniatur poterit excipiendo reconuenire pro maiori summa vltra taxatam, Socin. consil. 41. vol. 1. Guid. Papz. consil. 116. Pariter si statutum dat tempus puta duorum

duorum mensium ad agendum, si non agit, sed sit Reus, poterit excipiendo ultra dictum tempus reconuenire. Nam quæ sunt temporalia ad agendū, sunt perpetua ad excipiendum, Instit. de perpetu. & tempor. except. Postremò si quis petat aliquem compelli ad soluendum, utique intelligitur petere ut condemnetur, licet non petierit condemnari, Abb. in cap. olim causam, de cens. sicuti petita executione, intelligitur petita executio, l. in summa, vbi Imol. in princip. ff. de re iudic. Euerar. in Centur. loc. à concess. consequent. lit. A. loc. 95.

220 Et in hac ampla materia Iudiciorum, in quibus æquitas suum locum habet, scias quod quando dispositio est odiosa, & iniura, ac irrationabilis, non obligat in foro conscientie ad obseruantiam secundum Diuum Thom. in 2. par. quæstio. 96. art. 6. & per Imol. & alios in cap. plerique, ext. de immun. Eccles. & per Tiraqu. in d. tract. de retract. consanguin. in præf. num. 67. vbi dicit consuetudinem iniquam posse arte elidi, & ideo emptorem uti cautela posse, per quam res ab eo retracti minime possit, ex quo collige ius retractus fore odiosum, ut latè ibi per eum, qui rem hanc disputat ad partes.

221 Et in materia decipiendi scias etiam, quod licitum est fraudare vectigal, quando illud est illicitum, ut per Firm. in tract. suo de Gabell. par. 9. cir. princip. num. 1. quæstio. & Bar. in l. vectigalia, vbi Ro. & alij, de public. & vectig. Bal. in l. cum proponas, ff. de naut. fecnor. Tiraq. vbi supra, numero 68. Menoch. de arb. cas. 397. num. 5. sed intellige sano modo, ut per Nauarr. Manual. Confess. cap. 17. num. 200. vbi dicit quod in dubio est soluenda Gabella, vi. Couarru. in 2. par. Relect. ad cap. peccatum, §. 5. per tot. tom. Soc. Reg. 208. vbi quatuor de causis ait licere gabellam fraudare, 1. quando est imposita à non habente iurisdictionem. 2. quando est nimis excessiua. 3. quando imposita est sine causa. 4. quando causa cessat. Hinc etiam nota quod quatuor modis vectigal, seu Gabella fraudatur. Primo exportando merces illicitas de loco ad locum. Secundo quando res non notificantur publicanis, seu pelacanis. Tertio cum non soluitur gabella. Quarto vendendo merces illicitas sine licentia superiorum, & de ijs per Sfor. Od. De restitut. in integr. quæstio. 82. art. 3. nu. 34. licitum est exigere vectigal, Reddite quæ sunt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari, Matth. cap. 22. & 23. quæstio. 1. ergo peccatum est fraudari vectigal. Nam quod Cæsar præcipit, ferendum est, quod Imperator indicit tolerandum est, sed sit intolerabile, dum illud præda exactionis accumulatur, ultra igitur stipendia publice decreta consequens, tanquam calumniator, & concussor, ex libr. de verb. Domi. sermo. 19. apud S. August.

\* Et quia soluitur Gabella in iudicijs, æquitas quoque locum habet in Gabella, unde scite oportet, quod talis Gabella diuerso nomine appellatur, secundum diuersitatem locorum. Alij appellant Datam, alij Datiam, Florentiæ Dirituram, contradituram, & taxam, contraxam. nam prima soluitur ab actoribus, & appellantibus: secunda à Reis, & appellatis, & de ijs dixi quoque supra in 4. par. sub num. 379. lit. G. Modo addo ibi quod talis data, seu diritura (quæ soluitur ad rationem Denar. pro libra) & in Monteferrato est decima litis, Pap. vbi supra, & est soluenda iuxta quantitatem summæ petita, aut rei estimationem petitam, non autem secundum summam liquidandam, ut pulchrè Pap. in for. libell. in Respons. Rei. glo. non tamen, Bar. in l. cum quædam puella, ff. de

iurisdic. omnium iudicium. Inuentor verò huius Gabellæ iudiciariæ fuit Caligula Imper. quartus, secundum Sueton. in ver. vectigalia noua, & nil boni in Caligula fuit, habuit intensam regnandi cupiditatem. Dirus quippe, & crudelis erat, cuius quidam libri intitulati erant ensis, & gladius, Auarus supra modum, & gabellam quartæ partis rei litigiosæ imposuit aduersus litigantes, & transigentes, in summa vir iniustus, & iniquus fuit, ut quoque recenset Pet. Mess. in vita ipsius Caligulæ Imperatoris.

Modò scire oportet quod de æquitate si Gabella soluta non fuerit à paupere in iudicio appellationis, non per hoc æquitas vult quod inducatur desertio, Bal. in l. 3. §. si quis in iudicio, ff. si quis cautio. cap. licet, de cens. Innocent. in cap. ex eo. de appellat. gloss. in l. eo. C. eo. Aequitas enim scripta iultum paupertati fauet, per l. impossibilium, de reg. iur. & qualiter causæ pauperum sint tractandæ dixi supra num. 16. 17. & 18. vi. etiam Couarr. præct. quæstio. cap. 6. tom. 1. At in Dominio Florentino pauperes non soluunt gabellam. nam adfunt multæ leges, quæ pauperibus fauent, sed opus est impetrare Rescriptum, ut eorum causa secundum leges pauperum expediatur, sed cessante paupertate, utique cessat hoc beneficium, ut ait Tiraq. tract. caus. cess. ver. paupertate.

\* Item de æquitate, ob pendentiam iudicij quis excutatur à mora soluendi gabellam, secundum Barth. Socin. consil. 76. incip. visa, verfic. confirmatur, part. 1. Hinc est quod si pendente iudicio partes erunt concordæ tali pacto, quod omnino sequi debeat sententia iux. accordium, tunc credo quod non sit locus moræ, soluendi gabellam ante sententiam, nisi ex ordinibus caueatur, quod gabella de omni contractu soluenda sit, & de concordia factum fuerit instrumentum, de qua contractuum gabella infra dicam num. . .

Sed de transactione regulariter non est soluenda gabella, Salyc. in l. contractus, C. de fide instrument. & lex iniqua Caligulæ, de qua supra paulo antè dixi, non seruatur. Nec etiam soluitur de laudo, Imol. in l. si quando, de offic. deleg. & casu quo fit soluenda de transactione, tamen non soluitur de compromisso, ut l. 1. C. de transact. Nec gabella est soluenda à pia causa actiue, nec passiuè pro lite mora, quamuis statutum dicat quod Gabella sit soluenda de omnibus litibus, Bal. in l. nulli, numero 16. C. de Episcop. & Cler. qui in l. cum Clericis, num. 1. videtur contrarium sentire, verum Bal. ibi non loquitur de Gabella, sed de mercede

\* danda executoribus, & Bar. in authent. sed hodie, tenet quod pro rebus Ecclesiæ, Clerici non debent conuenire, quidquam soluere, sed si clericus pro rebus Ecclesiasticis debet conuenire laicum coram Ecclesiastico, cap. Clericus laicum, de foro competen. cum simil. frustra de statuto laicorum quæritur in materia soluendi Gabellam, idem si coram laico. Nam Florentiæ extat statutum, Rubr. qualiter reddatur ius clericis: quo cauetur, ut etiã in foro laicali seruentur canones contra clericos, & de hoc vi. Lap. Alleg. 101. at si pro rebus patrimonialibus clerici, laicus conueniretur à clerico coram Iudice seculari, fortè aliud de iure ciuili dicendum esset, secus de iure Canon. Abb. in cap. 1. de cens. maxime quando pro obtinendo officio Ecclesiastico, seu pro obtinendis ordinibus de bonis patrimonialibus, certum redditum sibi statuisset, ut decenter viuere cum habitu clericali posset, & de pœnis contra angariantes clericos, est tex. in cap. non minus, & in cap. aduersus, de immunit. Eccles.

Ecclef. Canon. in cap. quamquam, de cens. & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, extra de constitut. & 96. Distinct. cap. bene quidem, Lap. d. alleg. 101. num. 3. Colonus verò partiarius pro parte sua non videtur exemptus, Feder. de Sen. consil. 111. quæstio talis est, & vice versa, sicut clerici non tenentur ad gabellam laicorum, ita nec laici ad onera clericorum, vt d. cap. non minus, & cap. aduersus, de immunit. Ecclef. Lap. Allegat. 140. num. 4. vbi tractat an opera S. Ioannis de Florentia teneatur ad decimas, & quid de laicis.

Tandem nota, quod gabella non est soluenda de sententia nulla, Caball. milleloq. 108. Alexand. consil. 59. num. 1. 9. & 24. & vi. infra sub num. 280. versic. sed restringendum, Crauet. consil. 4. numero 22. par. 1. Cavalca. Decisio. 5. num. 31. & Decis. 11. num. 59. par. 1. Exceptio verò nullitatis ob gabellam non solutam competens principali, vti que eius fideiussori competit, etiam principale vti nolente tali exceptione, Bal. in l. ea, de fideiuss. Saly. in l. placuit, C. de iudic. & ita inter Mercatores talis exceptio obijci potest, inter quos de æquitate proceditur, vt infra dicam, Bal. in l. si pro ea, C. manda. & si Gabella fuerit soluta pro contractu, non soluetur pro executione dict. contractus, Afm. de execut. §. 7. cap. 269. num. 9. & causa gabellarum est criminalis, & non mixta, licet pars pœnæ applicetur gabellario, secundum Bertazol. consil. crim. 110. lit. a. vol. 2. & hæc sufficiant pro Gabellæ materia in iudicijs soluenda.

222 Redundum ad fraudem ex supradictis inferitur quod carceratus potest ex iniusto carcere auferre, quando ad iniuriam tantummodo detinetur, glo. in Clement. Pastoralis, in verb. per violentiam, & ibi Canon. de senten. & re iudic. Tiraq. de retract. consanguin. in præfat. num. 68. dixi latius in 2. par. & facit Couar. var. resolutio. tom. 2. lib. 1. cap. 2. num. 7. 11. 12. & 13. & in 3. part. in ver. fuga, Caball. cas. crim. 42.

223 Inferitur quoque, quod quis rem suam arte, & omni meliori modo recuperate potest. l. vlt. §. vlt. & ibi Bal. ff. de dol. mal. Tiraq. loc. cit. num. 70. dixi in 3. par. sub num. 310. & per Decia. de Delict. tom. 1. lib. 11. tit. de consc. verita. cap. 13. numero 9. qui ampliat, posse æquivalens auferre, dummodo id sine scandalo fiat quando copia Iudicis haberi non possit, pulchrè Didac. Couarru. var. resol. d. lib. 1. cap. 2. sub num. 15. Cagnol. in l. iure natura, num. 8. de reg. iur.

224 Inferitur etiam, quia permittitur Aduocato, habenti causam iustam, decipere aduersarium, cap. 1. 3. quæstio. 4. Tiraq. in præfat. num. 70. cir. fin. intellige ad reprimendum cavillationes, & subterfugia aduersarij iniustam causam agentis, Bal. in Rubr. C. de fide instru. Marfil. consil. 58. num. 6. & seq. vnde vers.

3 Fallere, fallentem suspicor esse pium.

3 Et, dissimulare loco prudentia est,

præsertim quando socius tecum fingit nosce, tace, & caue, sic ars deluditur arte. Sed omnino falsitas procul sit, sed fiat quod prudentiæ, & non dolo ascribitur, Bal. consil. 142. col. 2. lib. 1. & hæc prudentia appellatur Dolus bonus, ad differentiam doli mali, Tiraq. in præfat. loc. cit. num. 71. Couarru. d. tom. 2. var. resolu. lib. 1. cap. 2. num. 1. & Partes prudentiæ sunt Astutia, Memoria, Intelligentia, & Prouidentia, Georg. Vall. Plac. de rebus expeten. & fug. lib. 41. cap. 1. in versic. prudentia, & licet dolus cum dolo compensetur, vt dixi in 4. par. sub num. 379. lit. D. tamen quo ad interesse partis, non autem fisci illud procedere

dixi, vt etiam trad. Menoc. de arb. Iud. cas. 363. numero 18. per Bal. in l. vt vim, ff. de iustit. & iure, Boer. Decis. 237. Canon. in cap. dilecti, vbi Felinum. 16. de except. vi. infra num. 310.

226 Inferitur pariter, licitum esse (vt alias dixi) contrahentibus inter sese decipere, l. item precio, §. quemadmodum, ff. locat. l. in causæ, la. 2. ff. de minor. intellige absque dolo, & dummodo ultra dimidium, quis actiue, vel passiue, non decipiatur, iux. l. 2. C. de rescind. vendit. Ioan. Crass. tracta. de cess. iur. & act. §. 1. num. 5. Iacob. de Arc. eo. tract. num. 15. Et nota quod ille qui scit, vel scire debet, non potest dici fuisse deceptus, Spec. de empt. & vendit. §. 5. vers. co. etiam modo, & l. 1. in fin. ff. de act. empt. sed vt ingenue fatear hoc verbum, Decipio non mihi bene quadrat auribus, sanius est dicere, quod Aduocatis, & procuratoribus licitum est vti cautelis iuridicis, ac diligentia, & studio maximo, ad conuincendum aduersarium iniustum. At Iudex poterit silentium imponere Aduocato garrulo, & bannire à limine iudicij, l. quisquis, C. de postul. add. ad Bertazol. consil. 321. lit. a. Afm. de execut. §. 9. cap. 88. car. 48. & cap. 91. ait Aduocatos, & Procuratores peccare si gratis pauperibus patrocinium non præstant, sed Iudex eos cogere non potest, nisi extet statutum, vt Florentiæ, vi. Alber. in l. nec quicquam, §. obseruare, ff. de offic. proconsul. vi. text. in l. moris, ff. de pœn. vi. in 1. par. sub num. 138.

227 Tandem ad euitandam falsitatem, & contrarietatem, verba testium sunt potius improprian- da ita æquitate suadente, & procedit quando improprietas est compatibilis, & non impossibilis, vt dixi in præf. de test. par. 3. num. 67. cum seq. similiter æquitas in iudicio suadet, quando contra vnum bonum, & malum probatur, vt bonum attendatur, & malum respuatur, vt in simili de bona, & mala fama dicitur Marfil. consil. 18. numero 40. & alias dixi in 3. par. cir. iudicium famæ.

\* Vterius si mens Iudicis est æqua, similiter eius verba in sententia interpretanda sunt, vt æquitati conueniant, glo. or. in l. puto, §. 1. ff. famil. ercisc. & licet sententia debet esse conformis libello de rigore iuris, ad trad. per Doct. in l. edita, C. de ed. & conformitas debet esse in ijs tribus, scilicet primo in re, l. si. C. de fideic. liber. 2. in causa, l. habeat, ff. de instit. act. 3. in actione d. l. edita, C. de eden. & in l. vinum, si cer. per. Attamen propter illam clausulam, peto ius, & iustitiam mihi ministrari, & non tantum dicto modo, sed & omni alio meliori modo, sufficit quod in progressu processus appareat de eo iure, quod in conclusio- ne libelli deductum non fuit, ita Cavalca. Decisio. 19. num. 15. & 17. part. 1. Bursar. consil. 158. num. 11. uol. 2. Boer. Decis. 283. num. 13. non obstat, quod idem Cavalca. Decis. 23. num. 10. & seq. d. part. 1. videtur retractare, primum dictum, quoniam ibi intelligit quando in processu non appareret aliquo modo de petitione, siue in principio, siue in medio, siue in fine, uel quando caret clausula salutaris, vi. Soc. reg. 442. de quo latius dicam in Pradimento Relationis. In summa illa sententia, & illa opinio Doctoris valet pro qua æquitas reperitur, Euerar. in sua Centur. ar. à subiect. mar.

228 Hic obiter quæro, an Aduocatus, uel Procurator possint sine peccato diebus Dominicis, & festiuis studere processibus, & informare Iudicem, & resolutiue teneo, quod audita prius Missa, & debitis pro salute animæ factis obsequijs, licet prædicta facere si occasio dabit: quia studere, allegare, informare, sunt actus liciti, Seraphin. in Cal.

Conscient. ca. 58. dum modo causa quam patrocinant sit iusta, vel probabiliter credant esse iustam, idē Seraph. ca. 53. ubi assignat bonas rationes, & allegat S. Thom. 2. 2. q. 122. ar. 4. Nauar. Manual. Confess. c. 14. nu. 14. at si ob luctu duntaxat id fieret, quādo fieri posset alijs diebus non festiuis, tunc maius dubium est, sed quando quis patrocinatur causam iustam, & non est securus, an tempus habebit, id licitē facere posse teneo, & Seraph. d. ca. 53. trad. quā opera seruilia facere, & non facere licet, & ca. 58. & alias dixi, de quibus per Nauar. cap. 13. & 14. & cap. 15. ubi de peccatis Aduocatorum, & Iudicum, Actorum, Reorum, & Testiū, Custodis, & Medicorum, ac aliorū, sed proculdubio peccatum est in festis ducere choreas: vnde S. August. ex lib. super Psal. enarrat. 1. Psal. 32. ait, obserua diem Sabbati, non carnaliter, non Iudaicis delitijs, qui otio abutuntur ad nequitiam, melius viique tota die foderent, quam tora die saltarent, fodere in die festo est peccatum, igitur maius peccatum est saltare, id est choreas ducere quam fodere.

229 Et quamuis officium Iudicis de rigore iuris non impartiat, nisi petenti, l. 4. §. hoc autē iudicium, ff. de dam. infect. tamen in quampluribus casibus, in quibus de aequitate Iudex tenetur supplere, etiam si illius officium petitum non sit, tex. in l. & si non defendantur, ff. de pen. quę suppletio non est fienda de facto, sed via ordinaria, vt puta, non sunt a Iudice testes in civilibus ex officio sumendi, sed ex officio exactius interrogandi, etiam extra capitulata, inuestiganda quoque, ac inquirendo exquisitijs, ita & taliter, quod veritatem videat si fieri potest, l. iudices, C. de iudic. l. 2. de test. c. iudicantē, 30. q. 5. dixi in prac. de test. par. 5. cir. prin. vi. inf. vers. 11. & 16.

Iudex enim dicitur minister iustitię, & Reipublicę habens mandatum, vt ius dicat, vel aequitatē statuatur, non autem vicem partis subeat, neve testes ipse sibi producat, l. 2. §. post originē, ff. de orig. iur. pulchre Signorol. de Homod. cōf. 224. sub nu. 10. ubi plura ad declarationem d. l. & si non defendantur, ff. de pen. contra Bar. & qui sub nu. 11. ait quod tex. in l. si filius, §. milites, ff. de procur. procedit quādo iudex de facto procedit circa ineptitudinē processus, secus circa Decisionem negocij principalis, vt per Iac. de Are. & Iacob. de Butr. in l. 1. C. vt quę def. Aduoc. dicit quod iudex supplebit in ijs quę sunt iuris, non autem facti, per d. l. 1. & vnicam, C. vt quę def. Aduoc. syntagmat. iuris, lib. 48. c. 9. nu. 4. Caualea. decis. 19. nu. 22. p. 1. Iacob. de Beluis. in sua pract. tit. quotuplic. sunt caus. nu. 174. car. mihi 90. quinimmo etiam in ijs quę facti sunt, A sin. de execut. §. 3. c. 34. nu. 7. vi. tamen Ro. conf. 27. Carauit. super Rit. Magn. Vicar. Rit. 241. nu. 2. Cyn. in d. l. vnicam, C. vt quę def. Aduoc. Machel. Patroc. 36. Intellige ijs duobus concurrentibus. 1. de iudice ordinario cui iurisdicctio limitata non sit. 2. circa personas priuilegiatas, vt sunt pauperes, viduę, pupilli, orphani, & miserabiles personę, ac pię, vt per supradictos DD. & loca quę ipsi adducunt. 2. supplebit ex officio quando vertitur fauor publicus, l. congruit, ff. de offic. Pręsi. 3. quando respicit autoritatem priuatam, ob reuerentiā alterius iudicis, l. eos, in fi. & l. iudicibus, de appellat. 4. in causis miserabilium personarum, & piorum locorū, quando scilicet valent, l. sancimus, C. de admin. tut. l. 1. §. Magistratib. ff. de Magif. cōue. A sin. de execut. §. 3. c. 143. & 144. §. iudex tenetur dare defensionē, & copiam in indiciorū. in criminalibus reo, etiā non petenti, vel saltem offerre, d. l. & si non defendantur, ff. de pœn. l. 1. §. fi. ff. de quęstio. Blanc. in sua prac. in ver. datis defensionibus, nu. 86. dixi in 1. par. num. 202. & in

5. par. nu. 123. 124. & 131. & præsertim in personis carceratis, rudib. & idiotis, seu rusticis, non tamen versutis, vt per Blanc. loc. cit. Item mulieribus, pupillis, vel minoribus, & ignaris, l. nec quicquam, §. aduocatos, ff. de offic. proconf. A sin. de execut. §. 3. cap. 42. 43. 44. & seq. car. 63. & seq. 6. iudex etiam post conclusum in causa de aequitate admittet instrumenta produci, cap. cum dilectus, de consuetu. Marf. consil. 39. num. 24. & idē dum percipitur quod pars de iure causam foueat, non est denegandum tempus ad docēdum de iuribus suis etiam in causis fiscalibus, vt in excorporatione bonorum, nec sunt angustiandę probationes per testes, quando vir probus præntensionem habet, & causa quam allegat est legitima. 7. stante statuto quod reus non possit opponere contra intentionem actoris, tamē iudex aequitate suadente poterit repellere talem agētem, idē Marf. d. conf. 39. nu. 25. 8. stante alio statuto per quod reo aliqua exceptio denegetur, tamē iudex de aequitate admittere potest, vel agentem a limine iudicij repellere, l. planē, de per. her. l. moris, de pœn. Anchar. in c. cum inter, de except. Marf. d. conf. 39. nu. 26. 9. si contra iniuriantem vniuersitatem, aut Communitatem procedi non possit, tamē iudex aequitate motus poterit punire talem iniuriantem, Anchar. d. c. cum inter, de except. Marf. d. conf. 39. num. 26. 10. si parti est præclusa via pacto, vel statuto, ex quibus manifeste iniquitas insurgit, tunc iudex ex officio occurrere potest, & debet Hostiē. in c. Quintauallis, de iureiur. Marf. vbi sup. nu. 27. 11. iudex ad defensionem potest recipere testes ex officio contra veram, & spontaneā rei confessionē aequitate suggerente, l. 1. §. si quis vltro, vbi Bar. ff. de quęstio. Marf. d. consil. 39. nu. 28. Are. conf. 147. v. i. cōsultatione, & vi. inf. vers. 16. 12. idē in fauorem innocentię, Marf. d. conf. 39. nu. 10. & sub nu. 14.

Veruntamen iudex non poterit supplere testium defectus qui sint, tūm naturales, tunc iuris positiui, secus in Principe, qui vtitur clausula ista supplettes &c. omnes defectus de plenitudine potestatis nostrę. Quia defectus iuris positiui suppletur, vt in solemnitate, aut forma, procedendi, agendi, vel contrahendi non seruatis. At circa defectus naturę nihil operatur, vt si quis sit spurius, vel accidentales personę annexos habeat, vt forte excom. municatus, bigamus, & huiusmodi, Specul. in tit. de legit. §. nūc ostendendum, num. 18. Cano. in cap. Pastoralis, de re iudic. c. inter dilectos, de fid. instr. Vital. de Gambij. tract. claus. car. 15.

Decimotertio in omnibus actibus pijs Iudex supplerere tenetur. Innoc. in c. ad nostram, de iureiur. & quę sint istę personę pię, ac loca pię, explicat Tirac. in suo tract. de Priuileg. pię caus. vbi enumerat 167. priuilegia quibus pię causa potitur.

Decimoquarto, iudex ex officio reijcere debet friuolas exceptiones, Caualea. decis. 35. p. 1. A sin. latif. in d. suo trac. de execut. §. 3. per multa, cap. a quo si repertoriabis, inuenies 500. loca in quibus Iudex ex officio suadente aequitate supplere debet, seu pot.

Decimoquinto, iudex de stylo, & consuetudine Curiarum potest se informare in Camera, secretō, Caualea. decis. 36. num. 15. par. 1. sed postea debet facere, vt in scriptis apparet, idē decisio. 5. numero 24. ca. par. 1. vbi dicit:

230 Quod Iudices fundantes se tantum super stylo, & consuetudine contra ius, vel contra constitutiones aut statuta, vel contra rationem, & aequitatem naturalem sunt tanquam oves errantes, miseri & ignorantes, vt Decif. 11. nu. 52. p. 1. hoc quo ad Iudices legales, secus quo ad Iudices non legales, & vt fertur breuis togę,

Hinc Florentiæ anno 1604. 2. Iunij, prudentissimi tres Auditores Rotæ iudicarunt se esse iudices competentes, in concedenda executione suarum sententiarum, à quibus non datur appellatio. Non obstante, quodam stylo, seu fide ipsis facta à nonnullis procuratoribus, de certa practica in contrarium, & hoc in causa Catastinarum ex. D. Mathæo Carlino patrocinate, cum ipsos egregios viros docuerit, talem à statutis, & ordinibus habere facultatem etiam exequendi, contra quæ non potuit obstare assertum practicum cuius opinioni me libenter subscripsi.

Decimosesto, ad eruendam veritatem, Iudex tenetur ex officio testes repetere, & interrogare semper, & quandoque ante sententiam, secus ad instantiam partis, ob timorè subornationis. Doc. in c. per tuas, de test. Arnol. sing. 6. Lanfranc. in c. quoniam contra nu. 37. de probat. Marant. in 4. p. Distinc. 9. nu. 27. Put. de syndic. in ver. Arbitrium dixi in prac. de test. par. 5. nu. 199.

231 Et Iudex etiam potest interrogare Reum conventum an possideat, ut citius veritas appareat, & circuitus eitentur Cavalca. decif. 7. num. 25. p. 1. Item inquirere non deducta ad effectum prædictum Bar. conf. 83. nu. 44. vo. 1. Dec. conf. 445. nu. 55. Aquef. sing. 33. Cavalca. decif. 45. nu. 1. p. 1. intellige circa eiuſdem causæ continentia, l. in hoc iudicio, & l. nullum, C. de Iudic. facit Menoc. de arb. cas. 371. alioquin super non deductis non habet potestatem, ut per eundem Cavalca. decif. 23. nu. 12. par. 1. & decif. 19. nu. 8. & declara, ut nu. 9. & seq.

232 Hinc in practica dixi quod Iudices legales, & vere practici, ut Iudices appellationum, quando causa committitur Consilio Sapientis, non debent dividere continentia causæ declarando vnum articulum tantum, & relinquendo alterum indecisum, cum sit annexum, & dependens, & non separatim penitus, ab articulo deciso, per d. l. nullum, C. de iudic. & per alia iura de quibus infra, sed ut Iudices docti, prudentes, & practici, & non novitij aut tyrones debent super tota causâ iudicare, etiam quod vnus articulus fuerit commissus, quando ex processu, & actis ad eos transmissis, liquet, & notoriè constat de meritis, ad trad. per Cavalca. d. decif. 19. nu. 21. par. 1. Nat. cõf. 536. nu. 6. vo. 3. & eo magis, cum id in quandam consequentiam veniat, videlicet, ut super tota causâ iudicetur, stante insistentiâ facta, exempli gratia quis agit ad Retractum virtute statuti, fiunt ex aduerso multæ exceptiones, inter quas allegatur, quod agenti obstat præscriptio statutaria, puta quod lapsum sit tempus ad retrahendum, is verò qui sic excipit petit articulum committi Consilio Sapientis, qui sapiens videns non obstare assertam præscriptionem, & consequenter Ius retrahendi competere agenti, ut ex actis, & processu notoriè apparet, poterit quoque iudicare, tam super proposita exceptione, quam etiam super meritis, quicquid sit, de apicibus iuris, quoniam æquitas ita suadere videtur ad euitandos circuitus, & ad præcidendas lites, arg. Auth. nisi breuiore, C. de senten. ex breui. recit. maxime quando Iudex virtute statutorum potest procedere sola facti veritate attenda.

233 Est verum quod sapiens, consultorve cui causa commissa est regulariter limitatam iurisdictionem habet, & si iudicet vltra articulum ei commissum, nulliter iudicat, Bal. in Rubr. C. si à non cõpeten. iudic. per l. i. ff. ad Trebell. & l. 1. §. 1. ff. quod quis iur. cum concor. latè Vant. de null. ex defec. iurisd. per tot. & Scal. Patavi. de consil. sap. cap. 4. lib. 4. & cap. 16. lib. 3. vbi tamen in fi. ait rectius esse, si sapiens super om-

nibus, si liquet consulat, præsertim circa annexa, & connexa, & non penitus separata, & videtur facere Nat. in Clem. sapè, §. quæ omnia, nu. 13. car. 3. 46. & nu. 27. car. 330. de verb. signific. aliqua per Hondede. consil. 84. nu. 7. & 42. vol. 1. consil. 24. num. 52. volumine 2. & ipse audiui ex Dom. Petro Caballo Auditore fiscale, sapè dicente, mirari de illis iudicibus legalibus, & practicis, qui super omnibus (quando super meritis liquet) non iudicant ad euitandos circuitus, & expensas.

234 Hinc est quod si super pluribus articulis causa commissa fuerit, & sapiens super vno tantum consuluerit, nihilominus sententiâ tenet, tamen si accessoria omissa fuerint, & in consilio sapientis nihil de fructibus, & expensis dictum fuerit, ad trad. per Bar. in l. terminato, C. de fruct. & lit. expens. Scal. Patavi. de consil. sapient. lib. 4. cap. 4. & iudices qui hanc partem sequuntur sunt omni laude digni, videlicet ut super meritis iudicent, parcendo laboribus, & impensis.

235 Sequitur 17. quod iudex et parte nõ petente debet facere extimare valorem rei petitiæ per peritos, ac redditus fructuum, maximè vbi agitur de alimentis præstandis, de Dote, de Remissione mercedis, de interesse, & huiusmodi, Bar. in l. 2. vbi Cagnol. & alij, C. de rescin. vendit. Io. Bapt. Lup. familiaris meus, & vir valde eruditus in suo tract. de vsur. Comment. 2. §. 5. nu. 139. & seq. Ari. Pinell. de Bo. mater. p. 3. c. 4. car. 190. in fi. Nat. conf. 536. nu. 6. vo. 3. & quo ad alimeta vi. Cavalca. decif. 35. nu. 6. & 21. & 23. & seq. p. 1. quoniam peritis in arte standum est, l. semel, C. de rem. lib. 12. Hinc eliguntur calculatores confidentes, seu rationarij, quando causa computorum agitur coram iudicibus legalibus, ut per Doc. in l. ff. de tutel. & rat. distrahen. secus si agatur coram peritis, ut in Curia Mercantiæ, vel coram syndicis, vel suprasyndicis, aut Rationarijs, quia sunt huius peritiæ, practici qui sunt in principio eligendi ad instar petitionis consilij sapientis, & non in calculo ferendæ sententiæ. quorum calculus autoritate magistratus factis, adhibetur fides Rot. Genuæ, decif. 141. nu. 1.

236 XVIII. Iudex potest a se petere accessum ad locum differentia illumque partibus intimari facere, de cuius practica tractat Ferrant. Garg. patroc. 48. col. 2. Alex. Strac. in sua prac. ciuil. cap. 14. Cavalca. decif. 11. num. 43. par. 1. & tunc si iudex dubitet contra vtramque partem tempus accedendi, &

237 postea dubia tradendi, & expensa diuiditur inter vtramque partem, & melius esset maius salarium dare Iudicibus, quam tot superfluas expensas in ijs visitationibus erogare, quæ multoties transcendent valorem rei petitiæ, hinc procuratores dicunt eamus concedere causam, at si Iudex ad instantiam vnus partis tantum accedat ad locum differentia, tunc expensa tota spectat ad d. partem, & per l. secundum naturam, de reg. iur. & vi. Spec. in tit. de familiar. Iudic. & quæ dixi in 4. par. nu. 21. At vidi quosdam potius renuntiasse liti, quam huiusmodi expensam pati, vnde in Hispania dici solet, meyor es y menas mal minus perder che mas perder.

238 Et Iudices qui sine causa hos accessus annullant magis solatiij causa, quam quod expediat, sed ut fertur causa eundi vulgari sermone, à Giardini tenentur in foro poli, c. statutum, §. in super ex. de Reser. lib. 6. sum. Ang. in ver. Iudex il. 1. vers. vtrum Iudex possit aliquid accipere, & alia multa, et infinita Iudex ex officio facere debet, et potest, quæ si vellem omnia recensere, nunquam esset dare finem, vi. Afin. de execut. in d. §. 3. vbi cap. 124. ait, quod si dubitaret propter accessum ad locum differentia

rentia ne scandala inter partes orientur, tūc melius erit mandare, ne ad locū accedatur. Rip. in l. quod iussit, nu. 7. ff. de re iud. Bal. in l. i. C. de seq. poss. fruct. Cur. iun. consil. 60.

239 Insuper Iudex potest, re integra, et instātia adhuc durante, reuocare suā sententiā malē latam, etiā in criminalibus, per ea quæ dixi in 4. par. sub num. 276. & 284. & ante sub nu. 203. & 119. & in prac. de test. par. 5. nu. 241. cir. med. At Florentiæ hoc non liceret, stante lege Ducal. qua cauetur quod nullus Iudex possit amplius iudicare, vel se intromittere in illa causa, in qua semel iudicauit.

Nec omitto quod Iudex potest ex sua benignitate expectare partē cōtumacem per aliquos dies post peremptoriū, ita equitate suadēte, A sin. prac. §. 21. c. 1. nu. 9. quia melius est peccare in tempore, quā in sentētia. Et in summa nota quod in ijs quæ Iudex facere potest, ex officio, & vrbānitate, cū nō cogatur, si nō facit, nō tenetur, nec litem suam facit. A sin. de execut. §. 3. c. 53. nu. 1. Put. de syndic. in verb. officium iudicis, cap. 1. vbi iudicem non teneri partem ad interesse ait, nec in syndicato, l. iustitia, ff. de iustit. & iur.

Verū quando pœna nō reperietur determinata per ius municipale, tūc sequendo exēpla maiorū, iudex procedere posset ad pœnā, nec villo modo deberet imitari pœnas, quæ tanquā inhumanæ nō sūt in vsu, nec per similia ferina; sed recepta, et vstitata, & ita Iudex posset punire procedēdo de similibus ad similitē equiparando pœnas delictis, & qualitatibus, & causas inspectis circūstantijs debitis etiam ex officio, & nomine petente, vt per Bal. in l. i. num. 10. C. vt quæ def. Aduoc. par. Iud. iupl. refert & sequitur D. Caball. cas. 99. num. 95.

Tandē scias q̄ Iudex ex officio suo pōt provide re pro virib. ne rixē oriatur: imō si pōt provide re, et nō prouideret, & partes deuenirēt ad arma esset priuādus officio, Bal. in l. i. §. quies, ff. de off. pre. fec. vigil. Rip. in l. 4. §. hoc aut iudiciū, nu. 19. ff. de dān. infec. cū alijs quos allegat A sin. de execu. d. §. 3. c. 121. hinc fuit grauitē reprehēsus D. Cōmissarius Fiuizani qui vidēs principiū magnæ rixæ differre curauit q̄ p̄co offensas nō tolleret, de quib. alias dixi sub nu. 256. p. 3. et A sin. c. 122. vbi dicit quod si dubitet de rixis pōt sequestrare possessionē quod tamē Cauale. decis. 27. nu. 4. decis. 19. nu. 3. par. 1. non approbat, ne quis sua possessione priuetur, sed rōne scandali vitādī, Iudex debet precipere sub pœnis, et petere cautiones hinc inde, & cogere partes ad dandū fideiussores ne offendātur, et in specie p̄cipi parti non possidēti, ne sub pœnis possessore molestet, per l. pe. ff. de aq. quot. & estiu. Rim. sen. cōf. 636. nu. 7. vol. 4. Alci. respō. 37. lib. 6. tom. 2. Crau. cōf. 717. nu. 5. a. 6. vol. 4. decē. cōf. 37. nu. 37. 72. vot. 3. Vinc. Frac. decis. 163. car. 147. at si neutra partiū possideat tūc ad euitāda scandala Iudex pōt auocare ad se possessionē, Cauale. d. decis. 27. nu. 45. p. 1. verū quis nō pōt cogi tenere rē in sequestro, Bar. in l. litib. C. de agric. & cōf. lib. 11. tamē si statutū nō disponat. Iudex ex officio mādare poterit, tertio vt rem in sequestro, teneat, atq; tamē vlla impensā sequestrari, A sin. d. §. 3. cap. 132.

Potestq; Iudex prohibere, ne pars trāseat per aliquē locū, vel ante, hostiū alicuius. A sin. d. §. 3. c. 125. & seq. dixi par. . . nu. 257. & 307. p. 2. & si causa scādali proueniret a Matrimonio, tunc Iudex supplebit de facto ēt vtraq; parte contradicente, c. cū nobis olim extra, de elect. quia in hac matrimoniali causa officii iudicis exuberat; c. cū locum extra, de spons. vt dicit A sin. d. §. 3. c. 127. vbi ēt dicit, quod causa scādali euitādī mulier sequestrari potest, do-

nec cognitū fuerit, sed ad Ecclesiasticos talis causa pertinet ex quo agitur de discrimine animæ, vt dixi sup. nu. 62. & in 1. p. cir. fr. vbi sub nu. 282. & seq. vbi latissimē, hanc materiā inter virū, & vxorē explicauit, & de cautione de non offendendo dixi latē in 2. p. & per A sin. d. §. 3. c. 131. 133. vbi latissimē, & c. 134. vbi ad concordia iudex potest partes cōpelle re, maximē quando partes diu litigarunt, & p̄tēsiones sunt intricatę, et lis valdē difficilis, per Arēt. in l. stipulationum. §. ex ijs igitur nu. 12. de ver. ob. quod facit q̄n inter patrē, & filiū intestinā lites, & causę sunt ferē immortales effēctę, & si Iudex de se non pōt adeat superiorē, vt ait A sin. in c. 133. nu. 3. imo Principis est inter hoc vti equitate nō scripta, vt semel lis inter eas sopita maneat, iuxta ea, quę supra dixi nu. 150. & nu. 213. cir. fr. quodq; & in cui libus, & in criminalibus fieri oportet. Bar. in l. congruit, in fi. ff. de offic. Pre. A sin. §. 3. c. 140. & 141.

Concludo in quod vbi æquitas concurrat, sēper iudex ex officio moueri debet, pro ipsa æquitate exercenda. Mar. d. cōf. 39. nu. 13. An aut in causis criminalibus iuramentū in litē p̄stari possit, nō est dubitandū, per l. si q̄n, C. vn. vi. vbi Plot. nu. 606. cū plur. seq. & Doc. cōmu. in l. in actionibus, ff. de in lit. iuran. quod intellige ad probandū dāna, expensas, & interesse, rerū quāritas, qualitas, & valor ad cōmodū partis iurantis, dūmodo prius cōstat de delicto, per duos testes, vel per confessionē partis, seu rei conuenti, vt dicit Plot. d. nu. 686. & nu. 687. & 600. vbi extendit ēt locū habere q̄n ageretur de pœna dupli, tripli, vel quadrupli parti, sed non fisco applicanda, vbi dicit hanc esse co. op. & per gl. in l. cū furti. vbi cōm. ff. de in lit. iuran. secus in pœna pecuniaria aut corporali, sed fiscus nō posset iurare in litē, vt ibi, & per Plot. d. n. 690. Nec pars nisi dolus malus pro parte criminosi interuenerit, & est com. op. de qua per scrib. in d. l. in actionib. de in lit. iura. Plot. nu. 693. & scias quod iuramentū litis in causa criminali facit iudiciū ad torturā in causa criminali Bar. in l. si. ff. de in lit. iura. Plot. sub nu. 691. vi. in 4. p. sub nu. 210. et alibi vt in i. Reper. edetelibros, Instrumenta, vel alias scripturas, communis, & communia si ijs neget potest Iudex ex officio cogente remittentem sibi exhibere D. Pacia. de probat. lib. 1. c. 63. num. 159. vbi in specie Rot. decis. 5. alias 13. de probat. de instrumento communi.

*Æquitas locum habet in Contractibus. Cap. III.*

240



Æquitas principaliter locū habet in cōtractibus, sic omnes Doct. tenent in d. l. placuit, C. de iudic. & d. l. in omnibus quidem, de reg. iur. in tantum quid in dubio cōtractus p̄sumitur licitus, & non fēneratius, intellige quod ad causam criminalē quoad delictum, & pœnam, & infamiam, secus quo ad restitutionem rei, & fructum ad exonerationē conscientię, vt per Cauale. Decis. 16. sub nu. 9. vbi ait digito ligandū, p. 2. æquitas namq; suadet, vt pacta licita seruentur, & in hoc cū ea rigor cōcurrit, & quod illicita non teneant, vt dixi in 3. p. sub nu. 149. & facit David Psal. 124. Declinantes in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem, Pax super Israel. sed æquitas vult fieri, quod de iure fieri potest, & debet, & neminē obligat ad impossibile, l. impossibile, vnde Sill. Ital. libr. 3. Bell. Pun. cap. 2. sic veri. ait.

*Dubio qui frangere Rerum.*

*Gaudebit pactum, ac tenues spes liquet amici.*

*Non illi Domus, aut coniunx, aut vita manebit.*

*Vnquam expers luctus, lachrymaeque agit semper,  
Ac Tellure premens.*

Sed si pacta sint contra naturalia contractus, & non contra iura naturalia, bene æquitas iubet talia pacta seruari, vt l. pacta conuenta, ff. de contrahen. empt. l. 1. §. si conuenerit, ff. de pos. Nat. conf. 474. vol. 2. Mascar. de prob. cõcl. 1659. nu. 9. vol. 3.

Nec rigor iuramenti obligat quenquã ad illius obseruantiam, quando tendit ad interitũ salutis, c. cũ contingat, c. quãuis, c. si verò, de iur. iur. & ideo iuramentũ cõtra Deum nullũ obligat, nec in omnibus alijs, quã respiciunt spiritualia, quãdo cõtra spiritualia obseruaretur, cũ iuramentũ sit quid spirituale, c. et si Christus, de iure iur. Rol. cõf. 19. nu. 33. vol. 1. nec amicitia, nec confederatio, nec aliquod aliud vinculu excusat contrafaciẽtes. Et iuramentũ de iure eiuli contra bonos mores nullũ est, in Auth. de iure iur. à mor. præst. propter mẽsurã substantiã, §. non solũ, col. 5. nec quãdo iuramentũ est interpositũ, super pacto à iure cõmuni im probato, l. iuris gentiũ, §. si. ff. de pact. sed in materia iuramenti attẽditur ius canonicũ, quia vt mox dixi, est quid spirituale, Cano. in c. 2. de iure iur. Af flic. decis. 322. nu. 5. & decis. 263. nu. 2. Rol. d. cõf. 19. nu. 33. vol. 1. Caua. pulchrẽ decis. 9. nu. 39. & 40. p. 1. & ad hoc vt iuramentũ de iure canonico teneat, quatuor comit es habere debet. Primo quid possit seruari sine interitu salutis eternã. Secũdo quid non sit contra publicã utilitatẽ. Tertio quid non tendat ad alicuius præiudiciũ, quã iurantis, vnde si Dominus iuraret, & iuramentum tenderet ad præiudiciũ suorũ subditorum, & sui status nõ teneret. Quarto quod nõ sit cõtra bonos mores ita declarat Soc. conf. 77. in consilijs nostris, nu. 6. ver. quarto, & vltimo, vol. 1. car. 104. vt refert Cauale. decis. 38. sub nu. 15. p. 2. & in quolibet pacto, siue iurato, siue nõ semper intelligitur, dum modo non sit cõtra propriã salutem spirituale, nec in præiudiciũ proximi, & cõtra iura, l. nemo, de leg. 2. anima enim est præferenda cãteris rebus, l. sanctimus, §. pe. C. de Sacrosanc. Eccles. & quid prodest homini si totũ mundũ lucretur, animã vero suã detrimentũ patiatur? Matth. c. 16. & semetipsum perdat, & detrimentũ patiatur, Luc. cap. 9. Et nota quod de æquitate, & bona fide clausulã solitã apponi in contractibus, & quẽ sunt de natura cõtractus subintelligitur pro appositis, tex. cũ gl. in l. fi. vbi Bal. not. C. de fideiuss. & in l. huiusmodi, vbi Scrib. de leg. 1. vnde circa ea quẽ sunt de natura cõtractus, potest suppleri iuxta stylũ, & consuetudinẽ quãdo omilla sunt, ea vero quã sunt de substantia cõtractus, vt cõsensũ, & volũtas, testes, iuramentũ, & similia non ita suppleri possunt, Alex. conf. 28. viso, & præhabito, vol. 2. 1. casu absq; consensu partis suppletur maxime Florẽtũ itante formulario, ad quod referuntur. 2. casu, nisi de cõsensu partium, & non in eodem contractu, sed fiat aliud ad declarationem primi, & licet clausulã sint cãteratã, tamen intelliguntur iuxta extensionem formularij, vt per Cauale. decis. 16. nu. 10. p. 2. & vi. Neg. de pign. & hypot. 1. memb. 3. par. sub nu. 25.

241 Vnde circa pacta Cic. ait, in tit. de Inuentione, lib. 2. quẽdã pacta legib. seruãda sunt, & quãdã sine lege seruãtur ex cõuentu quã iure præstari dicuntur, vt declarat Couar. var. resol. p. 2. §. 6. sub nu. 6. vers. quid autẽ circamet, & nulla res re publicam melius cõseruare potest, quã fidẽ Deo, & hominibus seruare, Luc. de Pen. in l. 2. C. de põder. & aur.

illat. lib. 10. quini mo etiã hosti fides seruãda est, vt dixi p. 3. nu. 149. intellige vt sup. de iuramento. Nã fides & iuramentũ equiparantur. Blanc. in sua prac. in ver. datis defensionib. à nu. 47. vsq; ad nu. 58. Petr. Duen. Reg. 16. at quãdo quis frangit fidẽ, tũc æquitas cedit locũ rigori quo fit, vt frangẽti fi-

242 dẽ fides frangatur eidẽ. not. gl. in l. cũ proponas, C. de pact. l. si cõuenerit, ff. pro soc. c. peruenit, il. 2. de iure iur. Soc. reg. 193. vbi idẽ dicit contra pacem frangentẽ, & id magis de cõsuetudine, quã de iure procedere dicit, & Pet. Duen. reg. 16. limitat d. reg. quatuor modis. Primo quãdo alter qui fidẽ nõ seruauit esset bannitus post fidẽ datã. 2. quando fides ex noua causa rumpetur, Bar. in d. l. aut facta, §. causas, ff. de pen. 3. quãdo ita conuentũ esset, vt frangenti fidẽ, fides frangeretur eidẽ, Bal. in auth. sacramenta puberũ, nu. 2. C. si aduers. vendit. 4. limitat in fide data hosti, à priuato, secus si fides detur hosti à Capitaneo, vel Duce belli, Laudens. tract. de cõfederat. Princ. not. 49. quod intellige, secũdum ea quã sup. dicta sunt, & Soc. d. Reg. 193. limitat primo, nõ procedere in magna conuentione, donec tẽpus treguarũ, vel pacis durat. 2. nõ procedere in cõtractibus in nominatis, post executionẽ; exemplũ est quod si tibi librũ vendidi pro decẽ, et tradidi, si tu non soluis, nõ possum repetere librũ, sed agere ad pretiũ libri, l. ancillã, C. de rei vëdic. Bal. in d. l. cũ proponas, C. de pac. 3. limitat quãdo ille qui fi-

243 dẽ non seruauit, penã soluit, vbi ait quod solutio penã habetur pro obseruãtia cõtractus, l. prædia, de act. emp. cũ alijs ibi per eum adduc. sed hæc res maiorẽ indagacionẽ requirit. 4. limitat in voto castitatis viri, vel vxoris, quia sine concursu ambarũ partium non tenet, c. aded, 23. q. 5. & 5. limitat, prout sup. per Duen. in 3. limit. 6. limitat quando fides nõ seruatur circa casum omnino separatũ secũdũ Cy. Fulgos. & alios in d. l. cũ proponas, C. de pact. 7. limitat quando prima actio fuit ipso iure sublata, quia à priuatione ad habitum non datur regressus, l. responsũ, & l. cum mota, C. de transfact. glo. fin. in d. l. cum proponas, add. d. Reg. Damas. in suis Reg. Cano. Reg. 61.

244 Ad vnũ aduerte, secũdũ limitationẽ, seu declarationem, Soc. ad d. reg. 193. quod actio oritur quoq; ex pacto nudo attento sine pacti, vt in ligis, & treguis, quã fiũt ne delinquatur, & ided omnis penã in tali pacto erit efficax attẽto sine, qui est, ne mala sequatur, l. nõ impossibile, & l. conuentionum, ff. de pact. Pet. Duen. d. Reg. 16. vbi quatuor modis ampliat. 1. vt talia pacta nuda etiã per successorem remoueri minime possint. 2. quod Papa potest cõpellere Principes ad obseruantia. 3. quod in pace seruẽtur, sicuti in tregua. 4. quia si Aduersarius pacẽ, vel treguã rumpit, tu rum pere non potes, tamẽ defendere te, vel tueri licebit, alleg. Abb. in d. l. conuentionẽ, de pac. Laudens. d. tract. de cõfeder. Princ. nu. 29. Cor. consil. 175. & Deci. conf. 531. cõcludo ex supradictis quod propriũ est Iudicis, vt pacta seruari faciat, l. 1. ff. de pac. & l. 1. C. eo. intellige de pactis quã bona fide facta sunt, l. 1. & l. 1. §. quã depositis, in fi. ff. de pos. secus in pactis turpẽ causam cõtinẽtibus, l. si vnus, §. pacta, ff. de pac. nec pacta quã dolo malo facta sunt, tenent l. iuris gentiũ, §. dolo malo, ff. eo. Nec pactũ super futura hæreditate ob periculũ captãdã mortis, l. si. C. de pac. nec pacta à iure cõmu. remota d. l. iuris gentiũ, §. si. similiter quã contra leges fiunt non valent, l. nemo, de leg. 1. l. pacta, C. de pac. l. nõ dubiũ, C. de leg. & ui. inf. sub nu. 261. sed in dubio cõtractus cõseruitur licitus quo ad euitãdã penã, secus quo ad restitutionẽ, vt p. Cauale. decis. 16. sub nu. 8. cir. fi. p. 2.

Hinc

245 Hinc proposito d. regula qua dicitur frange nō fidem fides frangatur eidem. pone quod quis sit relictus usufructuarius omnium bonorum, & tamen fecerit compromissum, & inde laudum secutum sit, de recipiendo tantum decem cados vini, & tot saccos tritici, & hares proprietarius ad ea condemnatus non soluat totum, aut partem, nunquid usufructuarius valet à laudo discedere, & id sibi liceat ob non implementum haredis, non obstante pœna in laudo adiecta, & videtur quod sic, per l. cum proponas, C. de pact. in contrarium videtur l. cum mota, C. de transact. sed ait quod ad interesse agendum sit, & competere vtilem actionem præscriptis verbis ex æquitate, vt per Ias. in d. l. cum mota, circ. fi. at si æquitas officio suo minime fungeretur, ex quo usufructuarius valde læsus fuit, tunc arbitror locum esse reuisioni d. laudi, argu. l. 1. & l. si dolo, C. de rescind. venditio. non obstante limitatione, de qua supra, sub num. 244. versic. tertio limita quando qui fidem non seruauit pœnam soluit, multò magis si is ad compromissum super re certa, & clara fuisset compulsus, per ea quæ supra dixi, num. . . quo casu renunciatio ei non officit, Ias. in d. l. cum mota, sub num. 29. C. de transact.

Ad dictam Reg. tandem placet solutio Damaf. Reg. Cano. 61. vbi sic ait (declarando illam) Fidem non seruanti, non est fides seruanda, si per fidem taliter præstitam, fuerint obligati, quod ab illa obligatione consensu vtriusque possint recedere, tacite, vel expresse, vt in contractibus fieri consuevit. Si autem obligatio fuerit talis, quod etiam cum voluntate exequi, fidem dederint: dissolui non potest, quamuis alter non seruet fidem, non tamen idè residuus exoneratur ab obligatione, vt in cap. quod Deo, 33. quæst. 5.

246 Et quicquid sit in alijs contractibus nominatis, tamen in contractibus societatis, licitum est à societate recedere, quando vnus ex socijs adimpleuit pro parte sui, alter non, l. Iulianus, §. offerri, & l. qui pendentes, ff. de act. empt. pulchrè Anchar. quæst. 58. par. 3. Nec socius de æquitate potest inuitus fieri socius, Caua. Decif. 44. num. 23. par. 1. nisi pro tempore pro quo inita fuit societas, §. finitur. Institut. de soc. & de hac materia societatis dicam infra sub num. 259. vi. Caua. in d. Decif. sub d. num. 22. & 23. qui infert ad multa circa pacta, & conuentiones seruandas etiam à successore in beneficio, & de Partiaro tempore diuortij qui expelli non debet, nec colonus, nec conductor in terminis, & cum distinctione, de qua ibi, nec ipsi mortuo illo cum quo pactum, locationem, vel similia contraxerunt, possunt inuiti manere successores, nisi in contractu dictū sit pro se, & suis haredibus, & successoribus, vt communiter fieri solet, vi. tex. & Doct. in l. cum in plures, vbi Bar. Castr. & alij, ff. locat. & infra latius dicam, interim de prædictis omnibus vi. Caroc. locat. par. 2. tit. De singulari successore.

Æquitas namque in contractibus locum habet. Nulla enim res vehementius Remp. continet, quam fides, Cic. 3. de Offic. Infirmatis, violatisque pactis tollitur inter homines commerciorum vsus, Aristot. Rethor. 1. Teod. cap. 1. quia res, & pacta ad æqualitatem reducere intendit, ex hoc societas in vsu venit cum permutatione, & permutatio cum æqualitate, & æqualitas cum communi mensura, & mensura cum iusto pretio, & pretium cum pacto licito, de ijs omnibus clarius per discursum apparebit, vi. text. l. iuris gentium, l. si conuenerit, ff. pro soc.

\* In contractibus autem bonæ fidei æquitas sustinere videtur quod vna pars versus alteram facere debeat quod sibi non nocet, & alteri prodest, & id subintelligitur actum, etiam si nihil in contractu dictum sit, l. 1. §. denique, ff. de aqua pluui. vbi glo. trad. exemplum quando est facta venditio sine scriptura, vt fieri potest, §. 1. Instit. de obliga. quæ ex consens. nasc. Nam postea vnus potest alterum compellere, vt scriptura fiat, Gomez. uar. resol. tit. de empr. & uenditio. cap. 2. num. 17. & si facere nolit alter potest à contractu discedere.

247 Item quando quis locat ad certum usum destinatum, & conductor non potest uti re conducta, tunc contractus dissoluitur, l. cum in plures, ubi Bar. & Castr. cum alijs, ff. locat. Quinimmo etiam quod aliquod pactum expressum sit illicitum, ut puta quod conductor expensas necessarias facere non debeat, nisi delicta locatoris hoc pactum rejicitur, l. ex conducto. l. si colonus, l. si merces, ff. locat. Rod. de reb. Eccles. non alie. car. 401. pulchrè Caua. Decif. 44. par. 1. num. 49. Gabr. co. concl. tit. de Consuetu. concl. 1. num. 4. & reliquum contractus subsistit, faciunt quæ supra dixi sub nu. 240. & sequere in propos. ea quæ infra dicam num. 251.

248 Et quo ad æquitatem in contractibus pulchrè Couarr. explicat hos terminos in tract. var. resol. par. 2. §. 6. sub nu. 3. versic. igitur, vbi ait quod contractus quidam bonæ fidei dicuntur, reliqui uerò stricti iuris. Nam bonæ fidei contractus idè quidam censentur quod in ijs alter alteri arbitrio, & officio æquissimo iudicis teneatur, de eo, quod ex bono, & æquo præitari oportet, etiam si in conuentione dictum non sit, Iudex enim potestatem habet in ijs actionibus iudicandi quod sibi bonū, æquumque iustum fuerit, quamuis à contrahentibus nihil dictum sit, §. actionum, & ibi gl. de act. Abb. in cap. cum uenerabilis, nu. 20. de except. tit. infra sub num. 272. ibi hinc est quod si alter. At in contractibus stricti iuris, nisi quatenus expressum est, in eis nil aliud uenit, nec Iudex potest quidquam ultra expressum, l. quicquid astringenda, de uerb. oblig. cum simil. at bona fides quæ in contractibus exigitur summam æquitatem desiderat, l. bona fides, ff. de pos. l. ex maleficijs, ff. de

249 act. & oblig. l. quarto, ff. locat. ¶ appellantur autem bonæ fidei, quæ ad humanam necessitatem, necessaria sunt, ut in tutelis, societatibus, fiducijs, rebus emptis, uenditis, conductis, & locatis, ac et in mandatis, ut per Couar. uar. resol. par. 2. §. 6. sub nu. 4. uers. quæram. Est uerum quod quo ad exercitium mandatum est strictè interpretandum, l. diligenter, C. de procur. Nam aliud est, quid esse stricti iuris, aliud quod strictè interpretandum sit, ad Tiraq. de retrac. consanguini. §. 35. glo. 1. nu. 2. idem in materia fideiussorum dixi par. 2. & ad prædicta ui. tex. in l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure, l. iuris gentium, in princ. ff. de pact.

250 Sive ergo contractus sit nominatus, siue innominatus, ut do, ut des, facio, ut facias, do ut facias facio, ut des, de quibus Institut. de interdicit. §. de ordine, ubi glo. magna, in uerb. actio, æquitas semper in omnibus contractibus locum habet ad euitandum dolum, & damnum iniustum, & in omnibus contractibus bona fides exigitur, ut per Bal. in cap. 1. de plus pet. in fin. & cum eo Ias. in §. actionum, num. 4. de act. Galial. in l. 4. §. Cato, col. 18. de uerborum obligation. sed eius opinio reprehenditur à Couarruu. uar. resolutio. part. 2. §. 6. num. 5. uerum tamen secundum sensum nostrum uerissima est.



- 251 Præterea in Remissione mercedis equitas locum habet, vt per Boff. tit. de remiff. merc. Nat. confil. 49. num. 35. vol. 5. Quæ remiffio fit ob fertilitatem, guerram, pestem, & tempeftatem, cap. propter fertilitatem vbi omnes Cano. de locat. & in l. ex conducto. §. vis maior. ff. eo. ibique Bar. & cæteri leg. Sed fi damnum non erit intolerabile, remiffio non fit, vt est eo. op. de qua Boff. eodem tit. num. 18. & 56. † & tunc damnum intolerabile dicitur, quando damnicat vsque ad dimidiam fructuum, alij volunt quod debeat aliquantisper excedere dimidiam, argu. l. 2. C. de rescind. vendit. Gomef. var. refolut. tit. de loc. & conducto. num. 18. Caroc. eo. tract. par. 3. tit. de remiff. merced. vbi ait damnum considerandum esse respectu fructuum, non autem pensionis, Couarru. pract. quæstio. 30. qui loquitur in fructibus, & in habitatione, Menoc. de arbitr. caf. 76. ver. Quarto calculum damni, & dicit quod si damnum est in dimidia residuum fructuum, tunc est locus remiffioni, & Caf. 77. Surd. Decif. 155. sub num. 5. dicens, quod si damnum fit puta in vino, etiam vltra dimidiam, at si in locatione superest alia species fructuum, puta tritici æquivalentis dimidiæ pensionis, aut mercedis non fit remiffio, sed si aliorum fructuum simul: valor excedat; Idem quando vnaquæque species fructuum non esset æquiualens, vt supra, sed omnes simul æquiuarent, ad trad. per Soc. iunio. confil. 78. numero 6. par. 2. idem Surd. confil. 34. vbi magistraliter totam ferè materiam remiffionis explicat, scilicet in quibus casibus remiffio fiat, & Rip. tracta. de Priuil. Cau. Pest. sub numero 66. cum mult. seq.
- 253 dicens si aliqui casus fuerint, alij non, nihilominus equitas in alijs similibus non expressis locum habebit, vi. Caphal. confil. 104. sub numero 2. & Gozad. confil. 74. sub num. 5. Surd. d. confil. 34. sub numero 2. Alexand. confil. 28. volum. 1. & ita iudicauit ad fauorem Illustriffimi, & Excellenriffimi D. Principis Massæ, in Causa grandinum contra conductores Spedaleti, & vi. Caball. Milleloq. 227. vbi diffusè tractat quando in re emphyteutica remiffio mercedis locum habet, & per Rot. Flor. in libr. motiuor. Decifio. 67. Mago. vbi loquitur de locustis.
- 254 Et qui sint casus fortuiti, vltra alios, docet D. Menoc. de Recuper. possess. Remed. 12. & sunt ij præcipui Bellum, Pestis, Inundatio, vis fluminis, vis ventorum, Terrenota, Nix magna quam maxime duratura, Grando immensa, Hostium, & Piratarum incurfus, Latronum ad stratam, Incendium, & Naufragium, & si qui sunt ijs similia declara, vt infra hæc tamen quatuor nouiffima, æquiparantur inter se, Rot. Genuæ, Decifio. 101. num. 1. vnde dispositum in vno vtique censetur dispositum in alio, l. 1. ff. de legat. 1. Bar. in l. 2. cir. fin. de legat. 2.
- \* Differunt tamen casus fortuiti, à casibus insolitis: Nam fortuiti sæpè euenire solent, insoliti verò de raro contingunt, Menoc. de arbitr. caf. 80. & Casus fortuitus, & casus sinister in idem sonant, Rot. Genuæ d. Decifio. 101. Vnde colligo quod aliud sit Casus è Cælo proueniens insolitus, vel inopinatus, aliud sit Casus sinister, vel fortuitus, quod est not. à Conductoribus prædiorum, vt sciant pacisci. At in quibusdam Regionibus, vt in Lombardia, & alijs locis propè Alpes Magna nix non erit casus fortuitus, quia inibi in magna quantitate, & multo tempore moratur: secus in alijs locis Maritimis, & in Mari fluctuoso inundatio non erit casus fortuitus, nec insolitus, secus in flu-

minibus nauigabilibus, nec in Vngaria, nec in Belgicis partibus, bellum non erit casus fortuitus, cum sit adeo factum ibi familiare, quemadmodum dicitur, de Peste in Constantinopoli, alij quoque de Parigio (aiunt.)

Solet quoque sæpè accidere quod quædam Præderia, seu Prædia sint valdè obnoxia grandinibus, vbi non erit ita iudicandum, sicut de illis locis in quibus rarissime grando accidit, nam vt supra dixi casus fortuitus, vel insolitus dicitur, quando ferè de 25. in 25. annis contingit. Sed alij, & melius dicunt quod casus insolitus dicitur quando in mille annis semel euenire solet, vt per Caroc. tract. loc. par. 2. Rubr. De cas. & pericul. num. 17. per l. fistulas, §. frumenta, vbi Bar. ff. de contrahen. empr. & per alia iura ibi per eum adduct. & de com mu. testari ait Rip. trac. de pest. tit. de priuil. pest. num. 7. & casum insolitum dici à Principis obseruantia ex Menoch. confil. 27. nu. 18. & esse eo. op. testari Port. confil. 143. num. 6. vi. Euerar. in sua Centur. loc. a solit. lit. D. cir. fi. Item dicitur casus insolitus, quem a memoria hominum euenisse non recordatur, vi. Nat. confil. 449. sub num. 17. volum. 2. quem adducit etiam Caroc. loc. cit. & in summa lex prouidet circa ea, quæ frequentius accidunt, l. nam ad ea, ff. de leg.

\* Vltetius in supradicta remiffione mercedis, aduertendum est, aliud esse damnum pati in parte tantum, aliud in vniuerso, item aliud est excipere, aliud suscipere casus fortuitos, aliud est suscipere generaliter in se omne periculum. Menoch. de ar. caf. 80. num. 2. quia non intelligitur de insolitis. Caroc. loc. cit. de cas. & peric. & Rip. loc. cit. Item aliud est quod damnum, aut impedimentum facto hominis prouenerit iux. l. cum in plures, ff. loc. vbi impeditus vti re locata facto locatoris, aut tertij, potest recedere a contractu. Bar. Cast. & Ro. confil. 52. num. 2. Rip. vbi supra tit. de priuat. contract. cau. pest. num. 27. Caroc. d. tract. Rub. si non stat per loc. p. 2. Aequum enim, & iustum est quod Conductor vti possit re locata ad illum vsum destinatum ad quem rem conduxit alioquin, vel agit contra locatorem, ad damna, & interesse, l. ex conducto. l. si fundus, l. hæc distinctio, ff. loc. Bal. confil. 325. vol. 3. Rim. confil. 159. num. 3. vol. 1. Roland. confil. 29. num. 22. volum. 4. vi. Caroc. loc. par. 2. tit. si non stat. per locatorem, & l. si vno, §. item, ff. eo. vbi Doct.

\* Scias etiam quod in contractu locati, & conducti, si locator promissit non expellere conductorem, adhuc eum expellere poterit ex causa necessitatis propria, & sui proprii vsus, quia hoc de æquitate subintelligitur inesse de natura contractus est materia, l. adem. C. locat. quam l. locum habere quando tempore locationis locator non indigebat illa re pro vsu suo. Saly. col. 2. cir. princ. item locum habere in prædijs Urbanis tener Gomef. var. refolut. tit. eo. num. 6. in fi. sed prædicta l. iuxta propositam conclusionem multas patitur declarationes de quibus per Caroc. de locat. tit. de Recusat. sed nu. 9. ait æquiffimam esse illius, l. dispositionem, & ita sentire Couarru. var. refol. lib. 2. cap. 15. nu. 4. pulchre Nat. confil. 75. præsuppono, vol. 1. sed vi. Gabr. co. conclus. tit. eo. concl. 3. & alios Repetent. ad d. l. adem. C. locat. ipse credo, quod de æquitate prædicta opinio procedat, nam si quis promissit aliquem defendere contra omnes, & quoscunque non intelligitur contra ipsum promittentem, glosan cap. petito. de iur. iuran. & pulchre Surd. Decif. 3. sub num. 21. & 22. vbi ait quod vasallus ex iuramento fidelitatis obligatus ad defendendum Dominum

num contra omnes, non intelligitur contra se ipsum alleg. plura inter quos Afflict. in tit. quæ fuit prima caus. benef. amitt. cap. 1. §. præterea. num. 6. Bal. in c. Imperialem, §. fin. num. 25. De prohib. feu. aliena. per Feder. Sed nunquid d. l. ædem, extendatur etiam, ad alias personas familia locatoris videtur, quod non: Nam defensio, quæ fit propter coniunctam personam non dicitur propria. Car. in clem. prima, 28. q. in fin. de homic. Sed adhuc in casu isto arbitror, quod etiam pro suis in eius Domo simul habitantibus locum habere ex quo in contractu solet apponi clausula pro se, & suis hæredibus, & successoribus locauit, immo si talis clausula in eo non fuisset apposta, nihilominus subintelligitur apposta, l. veteris, C. de contrahen. & com. stip. l. pactum, ff. de probat. l. 2. C. de pac. inter empt. & vendit. plura alia iura adducit. Cels. Vgo. tract. claus. de contract. ibi suis hæredibus, & Gomez. de locat. & conduct. sub nu. 7. Postremò singularis successor tenetur stare colono, quamuis Reg. fit in contrarium, de qua in l. emptorem, C. loc. quando colonus de suo semen posuit, & fructus sperantur pro illo anno tantum Cagnol. in l. 2. num. 221. C. de pact. inter emptor. & venditor. Cacher. Decif. 82. num. 10. pro alijs annis aget ad interesse contra locatorem, vt ibi. & facit Caroc. trac. locat. tit. de sing. success. & ita æquitas suadet, ne alius seminet, alter metat: nisi extimatione facta successor soluat partem colonicam.

255 In venditione ex ijs, quæ dicta sunt de locatione, & conductione, æquitas quoque locum habet, quamuis supra sub num. 195. 199. 200. aliqua in hoc proposito dixerim. Et omnis terminis notis ex quibus venditio perficitur, vt in §. 1. & per tot. Instit. de empt. & vendit. aliqua tantum attingam facientia, ad propositam materiam rigoris, & æquitatis.

Primo quæro, an quis inuitus vendere rem suam cogatur regulariter dico, quod non, quia est contra æquitatem, l. in re mandata, C. mandat. cum simil. l. nec emere, C. de iur. delib. & ibi glo. ord. com. Doc. tex. & Doc. in l. fin. de empt. & vendit. Soc. Reg. 530. vbi Legistas, & Canonistas allegat, & trad. 58. fall. Gomez. eo. tit. num. 51. vbi trad. tantum 4. fall. cum quibusdam illat. verum de rigore non contradicente æquitate, quis potest cogi inuitus vendere. Gomez. prima fallentia est, quando vertitur fauor publicus, & Religionis, secunda ratione publicæ utilitatis, tertia ob nimiam sæuitiam, quarta quando vicinus vellet ædificare damnum notabile faciendo alteri vicino, quia oblato pretio poterit impedire emendo illud ius altius non tollendi.

Quo ad primam non est dubium quod vicinus cogitur præstare aditum, & viam eundi ad loca publica, vel religiosa, vt ad forum, vel ad Ecclesia tex. in l. si locus, ff. quem ser. amitt. Bal. in l. 1. C. de commu. ser. manu. te. Bar. & omnes alij in l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & alios alleg. Gomez. d. num. 51. col. 2. vbi in fert quod vicinus, aut socius pro sua parte coguntur vendere pro loco pio, & religioso edificando per Bal. l. 1. C. com. de ser. manu. Soc. d. reg. 530. fall. 8. & 9.

Quo ad secundam ij, qui annonæ curam habent arctare possunt habentes annonam ad vendendum certam quantitatem, & limitare quoque pretium, tempore carestis vt publicæ necessitati succurratur, l. nec emere, C. de iur. deliber. vbi gl. inuitus, & l. inuitum, C. de contrahenda emptio. ubi Bar. & alij, & in l. 1. C. de Episcop. & Cler. Ca-

non. in cap. 1. de empt. & vendit. Viui. co. op. lib. 1. op. 433. Gomez. ubi supra, sub num. 51. Soc. Reg. 530. fall. 14. & 15. Didac. loc. cit. num. 3. lib. 3. cap. 14. tom. 2.

Quo ad tertiam Dominus cogitur vendere seruum, ne eius in eum nimia sæuitia exerceatur, §. fin. Instit. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. dixi late in 1. par. sub num. . . Soc. d. reg. 530. fall. 17. & infertur ad maritum, vt ibi sub num. . . hactenus dictum fuit. Infertur etiam quod Dominus nimium seuerus compelli potest ad vendendum iurisdictionem, Cyn. Bar. Bal. & alij in l. 2. ff. de ijs qui sunt sui, & l. 1. C. si quacunq. Dign. præd. quod non vidi seruari, sed ex causa infidelitatis contra Ecclesiam quandoque seruatum fuit, vi. Soc. d. reg. 530. fall. 17. & infra sub num. 270.

Quo ad quartam limitationem, de qua per Gomez. vbi quis cogitur vendere ius altius non tollendi, altiozem indaginem requirit, vide infra sub numero 262.

Præterea qui vendit tenetur vendere iusta mensura, & iusto pondere: nam abominatio est apud Dominum pondus, & pondus, statera dolosa non est bona, Prouerb. cap. 19. Pondus, & pondus, vt si cum uno pondere emis, cum alio vendas, vnde in d. cap. 19. dicitur: Pondus, & pondus, mensura, & mensura vtrumq; abominabile est apud Deum.

Modò ultra iam dicta circa læsionem enormem, & enormissimam, quando læsio est ultra, vel citra dimidiam iusti pretij, contractus rescinditur, per l. 2. C. de rescind. vendit. cum concor. & dicitur læsio locum habere, quando pretium excedit dimidiam in plus, vel in minus: exempli gratia res valet 10. & vendita fuit 16. ecce quod in vno excedit, quia dimidium 10. sunt 5. si enim vendita fuisset 15. & non 16. non esset læsio ultra dimidiam, & contra si res valet 10. & uendatur 5. non erit læsio, sed si uendatur 4. ecce quod in uno erit læsio, vt per Gomez. de empt. & uenditio. sub num. . . & de consensu omnium Scrib. in d. l. 2. C. de rescind. uendit. Fab. de empt. & uendit. quaestio. 8. princip. & hanc op. esse in practica uti co. recipendam, tenet Didac. uar. resolut. lib. 11. c. 3. sub num. 8. tom. 2. sufficit quod læsio sit in uno nummo plus, uel minus, sed non per hoc conuenus hac actione liberabitur, si suppleat, uel adimet, illud minus, seu illud plus, aut minimum, sed tenetur, uel restituere rem, uel supplere iustum pretium, Cyn. d. l. 2. quaest. 8. Bal. quaest. 1. 2. & esse magis co. op. ut per Gomez. de empt. & uenditio. sub num. 22. uer. item adde, Feli. in cap. cum causam, col. 1. de test. Abb. in cap. cum causa, not. 2. de empt. & uendit. Gabr. com. concl. eodem tit. conclusio. 1. num. 6. fat est ergo læsionem excedere, uel esse in aliquo ultra dimidiam iusti pretij, Caball. Milloleq. 308. par. 1. Menoc. de arbit. cas. 277. numero 5. dicens esse in arbitrio iudicis iudicare quando pretium dicatur excedere, uel deficere, & reuera quando res agitur coram Magistratibus amplum arbitrium habentibus, eo quia de bono, & æquo procedere possunt, non consideratur tanta subtilitas: nam etiam quod deceptio non esset ultra, uel minus dimidia, solent rescindere contractus, ui. quæ infra dicam, non enim punctum determinatum est quod sit pretium iustum. Iddoc. de subhast. cap. 5. num. 34. Nam pretium iustum cuiuscunque rei consistit, in puncto indiuisibili, sed latitudinem habet in mediocritate, vt ex Aristot. 1. Ethic. refert Didac. uar. resolut. lib. 11. cap. 3. num. 1. tom. 2.

Secundo, Læsio non iudicatur ab euentu, uel à tractu

tractu temporis, sed statim à die contractus, non autem postea, tex. in l. si voluntate, & in d. l. 2. vbi Doc. C. de resc. vendit. Gabr. d. conclus. 1. num. 47. vbi plures alleg.

Tertio rescindenda locum habet in omnibus contractibus bonæ fidei, Bart. & alij d. l. 2. Gabr. d. conclus. num. 19. non solum in emptione, & venditione, sed in locatione, vt supra dictum fuit. Gabr. d. conclus. 1. num. 305. dixi num. 252. & seq. item in permutacione, Diuisione, Societate, Calculo rationum, in Dote vi. infra sub nu. 255. ver. At si statutum ibi vltius, Donatione in solutum, vi. Rot. Genue, decif. 13. num. 37. in venditione pro debito fiscali, in Donatione, in laudo, & alijs huiusmodi, de quibus scrib. in d. l. 2. & Gabr. d. conclus. 1. per tot. At in cōtractibus stricti iuris, quamuis hoc remedium cessat, vt per Bart. vltra alios, d. l. 2. versic. Quæro tertio, & Gabr. d. conclus. nu. 105. tamen non cessat remedium per exceptionem doli, vt ait Gabr. num. 106. vbi alleg. Alexand. consil. 89. column. 4. volum. 2. Imol. in cap. dilecti, col. fin. de empt. & vendit.

Præterea h. locum habet in feudis, vt per Afflict. de inuestitur. cap. 1. num. 48. Item in subhastatione, & contra quo sibi, vt per Doc. co. ibi. & Gomez. d. tit. sub num. 23. & in l. si quos, C. de rescin. vendit. etiam in Rebus Debitoris fisci sub hasta venditis, vt per Gabr. d. conclus. 1. num. 4. vbi alleg. Calca. consil. 25. col. pen. tex. in l. 3. & l. ratas, C. de rescin. vendit. Bart. in l. 1. in princ. ff. de iur. fisc. quæmuis Peregr. co. tit. lib. 6. tit. 4. sub num. 8. versic. Nonnulli tenent contrarium, & pro eo adducit Ang. de Perusil. 1. C. de præd. Cur. lib. 10. & per eundem Ang. & Fulgos. in l. 1. C. de præscr. 30. ann. & Aleiat. consil. 12. lib. 8. ea ratione, quia quod sub hasta venditur, præsumitur iusto pretio venditum, & res tantum valet quantum vendi potest. Bal. consil. 103. Quæritur, vol. 1. Auth. hoc ius porrectum, C. de Sacri. Sancti. Eccles.

Tamen d. opinio non est communis, sed singularis in Statu Veneto, vt Peregr. d. tit. 4. num. 19. inferre videtur, qui non videtur discedere ab opinione nostra paulò ante d. versic. nonnulli, & nume. 12. In mo in lib. 5. tit. 1. num. 29. ait quod fiscus vtitur iure comou. & pro parte affirmatiua, & vers. tenet Gomez. d. tit. de empt. & vendit. sub num. 23. & vi. supra num. 256. qui dicit hanc esse veram, & co. opi. non obstant l. 1. C. de præd. Cur. lib. 10. quia estò, quod venditio ad publicam hastam præsumatur iusta, nihilominus quando apparet contrarium, tunc æquitas d. l. 2. vult, vt rescindatur, vel iustum pretium suppleatur, & est tex. & ibi Doct. in d. l. si quos, C. eo. & tenet Iodoc. Daumber. tract. de subhastatio. cap. 3. nu. 12. licet in cap. 5. num. 26. distinguat inter venditionem voluntariam, & necessariam, vnde videtur tenere cum Peregr. in d. tit. 4. sub num. 8. versic. nonnulli, lib. 6. de iur. fisc. vbi limitat in subhastatione necessaria, prout in rebus Debitoris fisci venditis.

\* Verum nescio, videre rationem differentia, inter subhastationem voluntariam, & necessariam, sed dico quod venditio rerum Debitoris fisci ob maleficium magis dicitur voluntaria quam necessaria, ex quo debitor ob maleficium dicitur voluntarius, & non necessarius dixi in 2. part. sub num. 259. versic. 13. casus Tiraq. de retract. consangu. §. 1. glo. 14. num. 15. sed dato quod hæc venditio diceretur ex causa necessaria, ex quo pro parte Debitoris fisci agrè scitur, & sic inuis soluit, & soluere cogitur per ea, quæ dicit Bal. in

l. nouissime, ff. quod fals. tut. auth. de statuto, quod cauetur debitorem soluere, quia licet sit voluntarius tamen à statuto cogitur soluere, & refert Blanc. de comprom. q. 1. ver. Quæro an verba: ibi adducit etiam tex.

Hinc est quod qui in vno grauatur, in alio sit releuandus, l. cum qui, ff. de iur. iuran. auth. contra, qui propriam, C. de non nu. pecu. nec est danda afflictio afflictio. l. Diuus Marcus, in princ. ff. de offic. præf. l. si idem, ff. de iurisdic. omni. iud. Præterea fiscus tractat in pœnis exigendis de lucro captando, & Debitor de damno vitando, l. non puto, ff. de iur. fisc. & ibi Doct. innuit Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. sub num. 11. & hoc non habet difficultatem. Ias. in l. 1. col. 9. ff. solut. matrim. Negusant. de pign. 4. membr. 2. par. sub num. 17. versic. Ias. autem vltra quod si fiscus in hoc non repetitur privilegiatus, consequens est, quod vtatur iure communi, vt ait idem Peregr. d. iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 29. supra adduct. & vtatur iure Priuati Caball. Cal. 99. num. 20. & 21. Cal. 102. num. 7. & alibi vnde si fiscus ipse poterit vti remedio d. l. 2. C. de rescind. vendit. contra ementes in publica subhastatione res fisci, vt in lib. 6. tit. 4. num. 12. de iur. fisc. tenet Peregr. cur non debet contra venditorem rerum fiscalium tale remedium pariter competere, l. 1. quod quisque iur. & eo magis: quia vt dixi duæ lucratiuæ causæ in eadem persona concurrere non debent, §. si res, Institu. de leg. sed fiscus non posset in hac postrema ratione respondere nihil ad eum, & ita apud Asin. de execut. §. 6. q. 14. sub num. 5. versic. contrarium.

\* Quæ occasione obiter quæro, an re vendita nomine fisci, & perempta, vel præscripta, possit condici aduersus fiscum, ex quo qui per alium facit per se ipsum facere videtur, l. si per alium, ff. ne quis eum, qui in ius voc. est vi exi. l. si quis id. §. penult. ff. de iurisdic. omni. iud. l. 1. ff. de eo. per quem fact. erit, cum simil. vnde videtur quod læsionis causa vltra dimidiam iusti pretij sit conuertenda contra fiscum, qui dicitur emisse rem sui debitoris ob pœnam cum non possit satisfieri, nisi ipse vendat cum illis requisitis, de quibus per Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. per tot. præsertim sub num. 4. cum seq. ex. tit. C. de fid. instr. & iure hastæ fiscal. lib. 10. & C. de conuenien. fisc. debitor. eod. lib.

\* Vltra quod, qui emit à fisco rem aliquam corporalem, aut incorporalem omnino tutus est, adeò, vt ab alio inquietari non possit, sed ager intra quadriennium contra fiscum, per l. 2. C. de quadriennium præscr. vnde, qui plus emit erga fiscum, ergo & quando fiscus minus emit, vi. Peregr. d. tit. 4. num. 15. Re enim perempta, vel præscripta, sicut emptor primus tenetur. Gomez. d. tit. de empt. & vendit. sub num. 51. column. 3. versic. Si verò, Saly. d. l. 2. column. 6. versic. Quæro 12. C. de rescind. vbi secus esse agit, si primus emptor re vendidit alteri, & res sit perempta aut præscripta: idem si casu fortuito penès primum emptorem id euenerit, l. si ex legati. d. ver. ob l. Titia textores, §. fin. de leg. primo, l. in Naui Saupheij. ff. loc. nam tibi imputet primus venditor si minus iusto pretio vendidit liberè, Cremens. sing. 84. in hoc factio hanc parenthesis quoad priuatos, quod auxilium d. l. 2. vtique locum sibi vendicat ex æquitate contra tertium possessorem ex causa lucratiua, quando primus emptor non est soluendo, & primo venditori succurti non possit, & in subbidium. Bal. d. l. 2. num. 16. Saly. num. 18. adde etiam si is tertius possessor, vel secundus emptor re habuerit

habuerit ex causa onerosa dum modo scienter emerit minus dimidia iusti pretij. Didac. var. resol. lib. 11. cap. 3. sub num. 9. ver. secunda conclusio.

Quinimo etiam si quis emit à fisco re vendit alteri, & res fuerit perempta, vel præscripta, quoniam pretium succedit in particularibus quaque loco rei saltem in subsidium contra fiscum, qui habuit ex causa lucretiua per ea, quæ trad. secundum op. Abb. in cap. cum causa, de empt. & vend. & dicam infra Negusant. de pign. 1. membr. 5. par. sub num. 48. ver. In iudicijs autem particularibus.

Nec patrocinari debet fisco, quod duntaxat habuerit tantum, quantum sibi debebatur à suo Debitore, quoniam tenetur facere, & diligentiam adhibere ac si in rebus proprijs, & negligentia vnus alteri obesse non debet, l. rem hereditariam, ff. de euct. cum simil. l. sancimus, ff. de pen. & quod contra fiscum, & non contra acquirentes à fisco eundem sit vltra supradicta videtur text. in l. fin. C. si aduers. fisc. l. fundus, qui ff. de rescin. vendit. facit Peregr. d. lib. 6. tit. 4. num. 21. & 22. Nec obstat, quod hoc damnum prouenerit ob maleficcium commissum, ergo imputandum dicto Debitori fisci, cap. damnum, de regul. iur. in 6. quoniam satis damnum passus est ob pœnam, sed quod etiam ob læsionem rei suæ a fisco venditæ aliud damnum pati debeat, esset quem duplici damno afficere. Reg. bona fides, de regul. iur. æquitas enim resistit, cap. locupletari, eo. tit. in 6. vltra quod quo ad vendendam rem minus dimidia iusti pretij is debitor fisci non dicitur in culpa.

Vnde valde ijs diebus miratus fui de quodam fisci debitore contra quem fuit facta exactio quarundam rerum mobilium, quæ sub hasta venditæ fuere, & demum peremptæ, nam alij de venditione minus dimidia iusti pretij culpam in exactorem, & venditorem dabant, & re vera non caret culpa, qui est negligens in officio suo, l. si duas, §. nemine, ff. de admin. tut. l. cum plures, §. nimum, ff. de offic. præfect. quia publicus exactor debet iusto pretio vendere res subditorum, nec debet pati vllam fraudem in subhastatione. Iodoc. Damhuder. de subhastatio. cap. 3. num. 10. Alij dabant culpam Iudici, quia sine eius Decreto res vendi non potuisset. Bar. & alij d. l. 1. C. de fid. Instru. & Iur. hasta fisc. Sed re vera iudex non tenetur, quandoquidem iuxta relationem sibi factam a publicis executoribus, quibus ratione officij credere debebat dixi supra par. 2. num. 73. & 74. & qui facit quod ad eius officium spectat pœnam non meretur, l. Gracchus, C. ad leg. Iul. de Adult. Iudex enim non solet interuenire subhastationibus, sed procurator fisci. Bar. d. l. 1. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. Soc. consil. 46. num. 17. volum. 4. Peregr. d. tit. 4. num. 5. versic. tertio, lib. 6. Sic concludo contra fiscum agendum esse, si res extat, soluta pœna, & expensis ab ipso debitore. Peregr. d. tit. 4. num. 21. & 22. cum iurib. ibi per eum adduc. Cremenf. sing. 194. & Curt. Iun. consil. vltim. num. 4. at si res non extet, ad interesse in subsidium, per ea, quæ trad. Saly. & alij d. l. 2. C. de rescin. nam actio subsidiaria ab æquitate descendit, vt l. 1. & tot. tit. ff. de mag. conuenien. & teor. hæred. vbi si fraus, & collusio inter ministros detegatur, luant pœnas, & pœna suos auctores sequatur, l. sancimus, l. respiciendum, ff. de pœn. & tot. tit. ff. de collus. deteg. & tot. tit. ff. de præuaricat. sed hoc iudicium non habet impedire interesse læsi, vltra dimidiam iusti pretij.

Quarto, nunc redeundo ad materiam rescin-

dendæ: quarto loco sciendum est, quod per clausulam istam si plus valet plus donauit, etiam quod quis sciens vendiderit, nihilominus habet locum d. l. 2. C. de rescin. vendit. quando illud plus esset vltra dimidiam. Nam Doc. ibi dicunt quod ea facilitate qua quis motus fuit ad vendendum, eadem facilitate motus fuit ad ponendum d. clausulam, vt in specie Gomez. sub num. 26. de empt. & ven. vbi plura iura alleg. Gabr. d. tit. conclus. 1. sub num. 52. vbi dat tres declarationes. prima, quando dictum fuit plus quantumcunque sit donat. secunda, quando bis in instrumento talis clausula repetita fuit. tertia declaratio quod referatur tale plus ad modicum. ergo firma adhuc manet op. quod non obstante tali clausula locus sit rescindendæ.

\* Verum ipse dico stante ratione supradicta quod ea facilitate quis adiecerit d. clausulam si plus valet plus donauit, de qua per D. Menoch. de arb. Cas. . . qua motus fuit ad vendendum, igitur videndum est, an ex necessitate, vel pro sui ipsius exigentia, vel intuitu Affectionis, & sanguinis vendiderit, si compulsus, aut ob necessitatem, nemo in necessitatibus liberalis exiit, l. rem legatam, ff. de Adim. leg. si intuitu affectionis, aut venditor, qui plus donauit est Diues, & emptor pauper. & tunc cessat, l. 2. C. de rescin. vendit. propter priuilegia pauper. quorum 44. recenset Luc. de Pen. l. fin. C. de ijs, qui nu. liber. libr. 10. & facit illud Euang. quod superest date pauperibus, faciunt valde ad propositum, quæ dicit Bal. Nouell. tract. Dot. par. 6. priuil. 44. versic. secundo modo similiter quando coniunctis sanguine vendidit, & illud plus donauit: nam ita caro, & sanguis reuelauit, & facit text. in l. filius familias, de Donat. & ista est vna ex limitationibus ad illam reg. quod in dubio nemo præsumitur donare suum, l. cum de indubito, ff. de probat. cum simil. Menoch. de præf. lib. 4. præsumpt. 146. num. 13. Si verò vendidit, & illud plus donauit ei ob aliquod beneficium, & in remunerationem, tunc fit compensatio cum pretio, & beneficio, vt l. fin. C. de compensat. at si plus donatum excedat pretium simul, & debitum remuneratorium, vltra dimidiam, tunc locus est d. l. 2. C. de rescin. vendit. si verò est diues valde, & seruitium receptum paruum, habemus exemplum Alexandri Magni. Qui pro minimo seruitio donabat Ciuitates integras. At si pauper Diuiti vendit, & donat illud plus cum geminatis verbis, cum Iuramento de non contrahendo, cum protestatione etiam de non contrahendo sub pœna, nihilominus obtenta absolutione à iuramento obtinebit in hoc iudicio rescindendæ, quia pauper seminat paruas acus, vt recolligat magnos pallos ferreos, & pro op. nostra in materia donationis faciunt Crauet. consil. 114. col. 2. Gabr. d. conclus. 1. num. 21.

Et si concludo, quod etiam in Donatione locus habet rescindenda, vel saltem reuocatio. de qua latissimè per Tiraq. in l. si vnquam, C. de rescin. vendit. vbi in gloss. Bona. in materia pauperum multa eleganter tractat. num. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. cum seq.

Sed aduerte, quod æquitas hæc in donatione requirit, vt sit efficax, primo, quod sit officiosa, & non inofficiosa. tot. tit. de inoffic. Donat. quod hilari animo donatur, hilarem enim datorem diligit Deus Apost. quod fiat ab habente liberam voluntatem, facultatem, & possibilitatem, l. 1. ff. de Donat. quod sit moderata, ne liberalitas incidat in prodigalitatem, Tiraq. vbi supra numero 4. & 5. quod